

Barnus, Barnutius, oppidum est Macedoniarum, prope Heracleam. Author Strabo lib.7.

Bârōnēs, pro viris fortibus, quidam putant esse Latinum, citantque locum Cic. ad Attic. lib.5. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Verum quum de Epicureis, à quibus tantoperè in philosophia dissentiebat, in hac epistola loquatur, accipiatur sane hic eadem in significacione, qua ipsemet Cicero tribus aliis in locis usus est, nimurum pro bardo & stolido. Cic. epist. vlt. lib.9. Ille baro te putabat quæ siturum, Unum cœlum esset, an innumerabilia? Idem de Divinat. lib.2. Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum. At ille, Viciisti. Ista enim ave volat nulla vehementior. Huius equidem Antiphon, Baro (inquit) victum te esse non vides? Ista enim avis insectans alias aves & agitans, semper ipsa postrema est. Idem 2. de Finib. Semper tibi in ore sunt recta, honesta, digna imperio, omnia pericula, pro Repub. mori, pro patria. Hæc quum loqueris, nos barones stupemus. Atque in ea dem significacione Persius dixit Varo Sat. 5. sic enim recte ibi legitur, & propter cognitionem literarum B & V, facile ex Baro, Varo heri potuit. Nam & in antiquis libris Libius, Favius, &c. pro Livius & Fabius reperitur.

Baroptenus, Plin. lib. 37. c. 10. gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Bârōvâ, provincia est Ungariæ, sive Pannoniæ inferioris, soli fertilitate, panis, & præsertim vini abundantia & præstantia reliquas omnes ferè Ungariæ provincias vincens: unde etiam Pannorum lingua nomen traxit Baranya, quasi Bor annya, mater vini. Hæc provincia duplex est, superior, cuius caput est Tholna, & inferior, cuius metropolis Laſco, utraque Dambio celebris.

Barra, oppidum Orobiorum in Italia Transpadana, regione undecima. Author Plin. lib. 3. c. 17.

Barthgadot, βαρθγαδωτος, filius Tristitia, ut Timor Martis.

Barutus, vel Barutum, vide in dictione Berytos.

Barigafa, insigne emporium Gedrosiæ. Steph.

Bârrus, Βαρρος pil. ελιφας. GALL. & GERM. Elephant. ITAL. & HISp. Elephante, animal conocido. GALL. An elephant. { Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem vocant Græci pariter & Latini. Hor. in Epop.

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?

Hinc Ebur dictum putant elephanti dentes, quod sit è barro.

Bârritus, vox. Vox elephantis, ινέφαιλος βρύζης. GALL. Le cry d'un elephant. ITAL. La voce dell' elephante. GERM. Das geschrey der elephanten. HISp. Bramido de los elefantes. ANGL. The crying of an elephant. { Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum utræque acies se junxerint. Author Vegetius lib. 3. cap. 18.

Bâsbocaines, Galliæ populi sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 19. Pictoribus vicini.

Bâsaltes, æ, βασαλτες, genus est marmoris ferrei coloris & duritiae, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inventum, cujus generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicavit. Author Plin. lib. 36. c. 7.

Bâsan, βασχάν, βάνος, regio trans Jordanem est, quam dux & dimidia Tribus possederunt, qua interpretatur uberrima & pinguis. Bâsanisæ, vel (ut aliis placet) Banisa, per tres syllabas, βασανίσαι, βασανίσαι. Populi sunt Thraciæ. Steph.

Bâsanites, is, βασανῖτες, lapis ex quo fiunt cotes. Plin. lib. 36. c. 10. Experimentum ejus esse in cote ex lapide basanite. Dictus basanites διάβασανίτης, quod est explotare & examinare: unde & βασανῖτες dicunt Græci pro judice, cujus attribu exploratur aurum.

Bâscauda, vas Britanicum, postea in Romanorum usum receptum. Iuvenal. Sat. 12.

Addit. βασcaudæ; βασcaudæ;

Mart. lib. 14.

Barbara de pictis veni bascauda Britanniæ;

Sed me jam mavult dicere Roma suam.

Bâsæra, βασαρα, oppidum Pœnices. Steph.

Bâsilcâ, æ, βασιλικâ, Rauracorum urbs celeberrima, ad Rhenum fluvium in agro Gallico sita, à Germanis tamen (ut pleraque cis Rhenum loca) habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Prolemaeo appellatur. Vulgo Bâsle. { GERM. Basel. }

Bâsilei, orum, βασιλεus. Straboni populi sunt Sarmatiæ Europæ ad utramque Istri ripam incolentes, Jazygius, & Urgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus, hoc est, pastoriibus constantes: iidem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regiis moribus Basiliadas vocari tradit.

Bâstilia, βαστilia. Insula in Oceano septentrionali, immensa magnitudinis, distans à Scytharum littore tridui navigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teste Plin. lib. 4. c. 13.

Bâsiliarium, liber Regum. Tertull. //

Bâsilicâ, æ, βασιλικâ, βασιλικâ. GALL. Maison royale, maison magnifique, maison de Prince, Hostel de ville. ITAL. Luogo publico dove se fanno le facende d'importanza, Palazzo. GERM. Ein palast, ein schön heilich vnd weit haus, das gemeinen handlen bestimpt ist als ein Rathauss. HISp. Casa real, palacio. ANGL. A kinges or princes heuse or hall, a palace. Principio dicta fuit domus ampla & spatiose, caularum cognitioni destinata: dicta ab eo, quod principes eis ad jus dicendum conuenirent: aut recte, quod Græci & Bâstilius appellatione etiam Judicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, qui Δωρεάνης appellat Bâstilius, hoc est, doni voros judices, interprete Budæo. Plin. in epist. Descenderam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima conperendinatione respondere debebam. Basilica Porcia ubi & à quo? Plut. in Cat. Censor. In Basilicam transferre subsellia. Quint. cap. 37. Subbasilica locus Romæ. Vide Subbasilicanus. Erat autem Basilica templo persimilis, ambulationibus amplissimis instructa, ad quam multi tota ex urbe, alii causas agendi, alii aliud gerendi gratiæ confluebant. Unde venustum in primis est illud Cic. ad Attic. lib. 2. Basilicam habeo, non villam, fre-

quentia Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in usum negotiatorum, eaque in locis calidissimis, foroque proximis: ut haberent mercatores quæ se hybernis mensibus subito ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitr. lib. 5.

Bâsilicæ, a, um, Regius, regalis. { Bâsilicæ. GALL. Royal, magnifique, somptueux, grand. ITAL. Regale, da Re. GERM. Königlich. HISp. Real, perteneciente al Rei. ANGL. Kinglike, magnifico. Plaut. in Capt. Basilicas edictiones, atque imperiosas habet. Et in Pseud. Basilicus status, & Basilicus vietus, id est, regalis & excellens, & Basilica facinora, hoc est, regia. { Basilica nux, sive Basilicon absolute, Bâsilicæ nux. Inglandis genus optimum, quod & Perficum dicitur, quod ex Perside primum fuerit adiectum. Dicitum autem videtur Basilicon, sive à præstantia, quod inter nuces principatum obtinere videatur: sive à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt, ut non obscurè inveniatur Plin. lib. 15. cap. 22.

Bâsilicæ, adverbium. { Bâsilicæ. ANGL. Richelie, magnificie. { Regis magnifice, splendide, egregie. Plaut. in Pæn. Basilice ornatus incedit, & affabré ad fallaciam.

Bâsilicæ sinus, Bâsilicæ nux, qui Ioniam, Asie minoris regionem alluit. Plin. lib. 5. cap. 29.

Bâsilidæ, βασιλιδæ, populi sunt Sarmatiæ Europæ, Gerho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regiis moribus, ut tradit Pomp. lib. 2. Meminit horum & Plin. lib. 4. c. 12.

Bâsilidæ, βασιλidæ, nomen proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinque cœlos esse credebat, quo dierum numero annus includitur: cujus sectatores dicti Basiliidiani.

Bâsilius, βασιλιος, Iudi genus est, quo Rex forte creatus, negotii aliquid ministro similiter forte creato imperat.

Bâsilius, βασιλis, civitas Arcadiæ. Steph.

Bâsilius, βασιλis, { GALL. Un serpent nommé Basilic. ITAL. & HISp. Basilisco. GERM. Ein Basilisc. ANGL. A cokatrice. } Genus serpentis, quod (teste Plin. lib. 8. c. 21.) in solitudinibus Africa habitat, candida in capite macula, velut quodam diademate adornatum. Acutissimum habet caput, rubros oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, ut solus regnare videatur. Lucanus lib. 9.

Sibilaque effundens cunctas terrentias pestes,
Ante venena nocens, latè sibi submovet omne
Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena.

Latinorum nonnulli Regulum vocant. Basiliscus nomine notius animal, quam visu, Cyrenaicæ potissimum provincie, 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, ut quodam diademate insigni: sibilo reliquos omnes fugat serpentes, nec ut reliqui serpentes corpus impellit: sed celsus & in medio erectus incedens, frutices & herbas necat, & non contactu solùm, sed & afflatu: huic tamen tali monstro mustelarum virus exitio est. Plin. lib. 8. cap. 21.

Bâsilius, Cæsarensis, Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. Is Cælareæ Cappadocum præsul factus, jussus à Valente, qui Ariani favebat, deserere officium, atque in exilium abiisse. Quumque ille minimè obtemperaret, atque uti contumax tribunal præfecti adhiberetur, ac minis parere Principi diu frustra tentaretur, nox ei spatium ad deliberandum datur. Basilius, Nequaquam ego, ait, tu potius in hoc spatio ab incepto desistes. Itaque in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper parvula extincta, Valens rogatum misit ad Basilium, ut precibus ad Deum fuis, ipse saltum servaretur. Sic itaque accidit ut Basilius servaretur. Hæc ex historia Russini. { Basilius Ancyranus præsul, arte medicus, scriptis contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Constantino in parte Macedonia cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Author Hieronym. { Alium quoque ejus nominis Suidas commemorat præsidem Ciliciae sub Anastasio principe floruisse: haud absimilem primo & abstinentia, & vita institutis, scriptisque contra Achelaum quandam presbyterum Colonensem. { Basilius item Asie fluvius. Strab. lib. 16. Inter Euphratem atque Tigrin fluit alind flumen quod Basilius appellatur.

Bâsilius, unus ex integratoribus Cæsaris ponitur ab Appiano. Item alter fuit pirata infamis. Lucanus,

Et Basilum videre ducem, nova furtæ per aquor.

Bâsiloni, βασιλοι, populi Arabie. Steph.

Bâsilio, vide Bâsiloni.

Bâsis, βασισ. mechonah. Bâsis. GALL. Un soubassement de colonne ou d'autres choses, soustenement. ITAL. Bâsi, sostegno. GERM. Ein vnderer satz, stul oder seul darauff etwas steht, das es nicht falle. HISp. El pie de la columna y otra cosa. ANGL. The foundation ground of any thing. { A nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricatum que à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Cic. 5. Tusc. Animadvertis columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæra figura & cylindri. Et paulò post, Quod quum patefactus esset aditus, ad universam basim accessimus: apparebat epigramma excisis posterioribus partibus versiculorum. A qua similitudine orbiculi illi, quibus vas in mensis collocantur, ne toralia polluantur, vocari solent bases. Trebatius Iureconsult. de legat. 3. Cui Corinthia vas legata essent, & bases huic quoque horum vasorum collocandorum caula paratas, deberi responderet. { Est & bâsis, figura in narrationibus, quidam omnia pedentim insuandi gratia proferuntur, ut apud Terent. in Eunuch. Ibi tum matri parvulam puellam dôno quidam mercator dedit, ex Attica hinc abcepit. Et paulò post, Mater ubi accepit, &c.

Bâsivm, ij, Osculum, suavium. { נסחיקא. Phlegm. GERM. Un bâsif. ITAL. Bâcio. GERM. Ein bâs. HISp. El beso, como de enamorado. ANGL. A kiss. } Martial. lib. 2.

Bâsia dimidio quod das mihi Postime labro,

Lando, licet demas hinc quoque dimidium.

Donatus tria ponit osculandi genera: Osculum, Bâsium, & Suavium, quæ sic distinguunt, ut oscula sunt officiorum, basia pudicorum

N 5 affectuum

affectionum, suavia libidinum, vel amorum. Quæ differentia, aut nulla est, aut certè non observat, ut latius infra ostendemus in dictione *Osculum*. Hic satis fuit hoc ostendere, basia se per numero impuditorum affectuum esse. Catullus ad *Lesbianam*.

Da mi basia mille, deinde centum.

Idem paulo post.

Nec tantum sciat esse basiorum.

Et mox,

*— tam te basia multa basiare,
Vesano satis, & super Catullo,
Qua nec per numerare curiosi
Possint, nec mala fascinare lingua.*

Idem ad *Iuuentinum*,

Nunquam jam post hac basia surripiam.

Basiō, as, Oculor, osculum do. { קְשַׁנָּה naschak. פְּלִעָה GALL. Eniser. ITAL. Basciare. GERM. Küssen. HISP. Besar como enamorado. ANGL. Lekisse. } Mart. lib. 7.

Et totam Line basiare Romam.

Basiare basia, Catull. lib. 7.

Basiātlo, verbale, { נְשִׁקָּה neschikah. τὸ φίλην. GALL. Baisement. ITAL. Basciamento. GERM. Das Küsſen / Küſſung. HISP. Obra de besar. ANGL. Kissing. Catul. Carm. 7. ad *Lesbianam*.

Quaris quot mibi basiationes,

Tua Lesbia sine satis supérque.

Basiātōr, { φιλάς. ANGL. which kisseth. } verbale. Mart.

Balistani, Strab. lib. I. Populi sunt Hispaniæ, in tractu Bætico, qui & *Bastuli* dicuntur.

Basoropeda, regio Medorum Armeniæ contributa, ut tradit Strabo lib. II.

Bassianus, patria Syracusanus, Romam studiorum causa missus, ubi Christianus factus, Ravennam insectante patre fugit. Inde Laudensis præsul electus, ibidem decepsit nonagenarius 14. Kal. Febr. clarus prodigiis, ab ulcerosis maximè invocatur: emicuit Ambrosij temporibus, quem ægrotantem adiit, morientique interfuit. Author Volaterr. Bassaris, is, vel idis, βασταρις. Bassarei, hoc est, Bacchi sacrificula. Pers. Sarj.

Et sectum vitulo caput ablatura superba Bassaris.

¶ Est etiam vestis genus ad talos usque demissæ, qua in Bacchi sacrificiis utebantur sacerdotes. Dictus autem est Bacchus Bassareus à Bassa Lydiæ oppido, ubi præcipue colebatur: vel καὶ βαστῶν, quod est clamo, quod ejus sacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur, vel à generè vestis, ut inquit Cornutus in *Persium*, Sat. I. qua Liber pater utitur demissa ad talos, quam Thraces Bassarin vocant. Horat. lib. I. Carm. Ode 18.

— non ego te candide Bassareu

Invitum quatiam.

Hinc Bassaricus, adjективum. Propert. 3. Eleg. 17.

Candida laxatis onerato colla corymbis,

Cinget Bassaricus Lydia mitra comas:

id est, Bacchicas, hoc est, tuas: scribit enim ad Bacchum, qui & Bassareus vocatur.

¶ Bassus, vox Musica, imus sonus, Bass Galli est imus, humilius, à basi, quæ est imum rei, cui insitit, aut est à basso, profundior, qui comparativus à baso. ¶ Est etiam τὸ βαστόν, idem quod βαστα, saltus, vallis. Musis etiam bassus dicitur, quasi fundamentum cantus: vide *Discantus*. Gloff. Latinogr. Bassus, βαστόν, i. e. succosus, crassus. Gloff. Isid. Bassus, crassus, pinguis, obesus, ex eo puto, quia bassus est crassa vox: ut discantus tenuis, exilis. Gloff. Isid. Bassatum, terra hiatus. An fossilatum? Martin. ¶

Bassus, Poëta Epicus, cuius fuit, teste Quint. lib. 10. c. 1. vehemens, ac poëticum ingenium, nec ipsum senectute maturum, præveniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit. Item, Aufidius Bassus historicus, Quintilianus temporibus, qui bellum Germanicum scriptis. Vide Quintil. lib. 10. cap. 11. Ventidius Bassus. Gell. lib. 4. cap. 15. ¶ Cæsius item Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo scribit Probus, Cæsum Bassum poëtam Lyricum fama est in prædiis suis, ardente Vesavo, & latè vagantibus ignibus, cum villa sua flagrasse. Quintilianus quoque se eum vidisse ait. ¶ Bassus item Romanus medicus fuit, cuius unguentum arthriticum citatur ab Aëtio lib. 32. ¶ Præter hos fuit Bassus martyr sub Decio clavis ferreis confixus. Author Volaterr.

¶ Baſtaga. Hesychius, βαſtaga, βαſtaga, id est, onus. Lex. Iurid. exponit ferulum portandis rebus fiscalibus accommodatum, & corruptum putat ex βαſtaga. Sed id non est opus dicere, quum sit vox analogicæ facta à βαſtaga, ut nos Hesychius docet. Martin. ¶

Bastagia, æ, munus erat ferendi res necessarias ad exercitum. Alciatus. Hinc Bastagarii in l. 4. C. de murileg. lib. 11. qui illud munus suscepserunt: δῶν τὸ βαſtaga, à porrando ita dicti.

¶ Bistagium, βαſtagion, erat theca in qua recondita arma sua milites portabant. ¶

Bastarnæ, βαſtarne. Stephan. Populi sunt Sarmatiæ Europææ, ad Borysthenem annem, non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolem. lib. 3. cap. 5. Plin. lib. 4. c. 13. & Strab. lib. 7.

Basterna, testa manualis. Lege testa, atque ita etiam fortasse lin. 45. Bortanta, tametsi alias legitur Abortanea. Corrigunt aliqui, Basterna lectica manualis: sed quomodo manualis? Ipse iterum Orig. lib. 20. c. 12. Basterna, vehiculum itineris, quasi via sterna: mollibus stramentis est posita, à duobus animalibus deportatur. Ergo ab animalibus manualis legendum est, quasi dicat manualis, ut animalia illa sint manus. Est qui basterna legat Nasiterna: vide Festum.

Basterna, genus vehiculi. Serv. in Virg. lib. Aeneid.

Bastoneum, arctissima fuit custodia. Sirm. Cod. ll. antiq.

Bastili, Bætica Hispaniæ populi prope Turulos, quorum oppida sunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hispanis Ubida: Mons item Galpe, circuitu quidem non magnus, ceterum adeo eretus, ut procul apicentibus columnat effigiem representet. Vide Strab. lib. 3. Ptolom. lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 37. cap. 1. & 3.

Bastuli, βαστολεῖς, populi Libyæ.

Bat, vox est qua uti solemus quum quempiam corripimus, jubemusque eum tacere. Plaut. Pæn. Quid opus est? Potin', aliam rem ut cures? C. at Bat. C. crucior. P. cor dura. C. non possum. P. fac possis.

Bata, orum, βατα, vicus est & portus in Sarmatia Asiatica, supra Bosphorum Cimmericum, non procul à sinu Cercetico. Vide Ptol. lib. 5. c. 9. & Strab. lib. 11.

Batala, antiquissimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Livio commemoratum.

¶ Batalare, percurre, unde batalia. Cod. ll. antiq. Gall. Batailles.

Batalarius. Sic nominat Ludovicus Vives Dial. 13. cum qui supra Bacalaureus dicitur. ¶

Batalus, i, βαταλος, Ephesus tibicen fuit, teste Libanio, qui omnium primus in scena calceamentis fœmineis usus est, & fractis cantibus artem tibiarum emollivit. Unde factum est, ut effeminati & parum viri, proverbiali figura, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demosthenes ab inimicis notatus est, ut ipse testatur in oratione pro Cresiphonte.

Batana, βατανα, locus juxta Euphratem. Steph. Vide Agbatana apud eundem.

Batanæ, βαταναι, vel Batanea in singulari, vicus, οικονομia, Syriæ. Steph. Vide Bethania.

Bataviæ, Germaniæ provincia duobus Rheni alveis bona ex parte inclusa, quæ hodie Hollandia appellatur.

Bate, βατα, pars tribus Ægeidis. Steph.

Batera, βατερα, urbs Ligurum. Idem

Batavus, a, um, penult. indifferente, Luc. lib. 1.

Vangiones, Baravique truces, quos are recurvo

Stridentes acuere tuba.

Corn. Tacit. de situ Germania. Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum à ripa insulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperij fierent. Manet honos, & antiquæ societatis insignis. Nam nec tributis conteruntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantum in usum præliorum sepositi, velut tela atque arma bello reservantur. Haec ille. Batavos custodes habebat Caligula. Sueton. in Calig. cap. 43. Rufi persona Batavi. Martial. Epigr. 176. lib. 14. Spuma batava. Idem Epigr. 33. lib. 8. Fuerunt autem Batavi olim crassitiæ, & stupiditatis notati: quo fit, ut Auris Batava proverbio dicatur de crasso, stupido, & nullius judicii homine. Vide Erasmi Adag.

Batavodūrum, βατανος. Ptol. Batavorum oppidum ad Rhenum flumen, cuius meminit Tacit. Annal. lib. 21. Creditur enim esse cum eo, quo in agro Trajectino hodie Vicum appellant.

Batua, sive Batia, βατια, filia Teucri Scamandri fluvii filii, uxoris Dar-dani. Diodor. lib. 5.

Bathyllus, i, βαθυλος, Poëta Tragicus fuit insignis, in Comœdiis non æquè felix. ¶ Fuit item Batyllus adolescens, Anacreontis Poëta amans. Horat. in Epod.

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo

Anacreonta Teium.

Bathyochus, βαθυχος, τὸ βαῖσσαν à vin, un broc.

Batiæ, βαται, civitas est mediterranea Epiri, cuius meminit Strab. lib. 7. Batiola, βατον. Vasis genus, quo vinum è cado haustum ad mensam frerebatur. Plaut. in Colace, ut citat Nonius, Batiolam auream octo pondi habebat.

Batiæ, βατια. Steph. Locus est editus in agro Troiano, qui & Ili tumulus appellatur, teste Strab. lib. 13.

Batillum, { περγανος. GALL. Vne palette à feu. ITAL. Badile. GERM. Ein feuerschaufel / ein feurkellen. HISP. Badil, ὡ τὰ πάτα de hierro. ANGL. Afiers shoull or à pan of yon, to bearre fier in à chaulsing dish. } Ferreum instrumentum est similitudine palæ, quo pruna colligitur: primùm Batillum dictum, quasi patulum, à quo deinde diminutiva forma deductum est Batillum. Plin. lib. 33. c. 8. Batillis ferreis canderibus ramento argenti in positu, quod candidum permaneat, probatur. Apicius de Petasone. Et armillam illius candardi batillo uris, & melle contegis. ¶ Batillum etiam rustici vocant ferreum instrumentum, quo ad fulcos, ilices, fossasque in agris faciendas utuntur. Varro 3. de re rust. cap. 6. Itaque pastorem earum batillo circuire oportet, ac sterco tollere ac conservare: quod & ad agriculturam idoneum.

¶ Est item Batillum messoriū instrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. de re rustica, cap. 50. Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi lignum habent incurvum batillum, in quo sit extremo ferrula ferrea: hæc quum comprehendit, fascem spicarum defecat, & stramenta stantia in segete relinquunt, ut postea subsecantur. Batinæ, βατινæ, oppidum Apuliae. Unde Horat. 3. Carm. odes 4. - Saltusque Batinæ & arvum.

Batiocis, masculin. gener. { τὸ βαῖσσαν à vin, un broc. ITAL. Il bocciale. GERM. Ein kantzen / ein geschirr mit welchem man den weyn auss dem feller auss den tisch tregt. HISP. Un genero de vaso para tener vino, brocat. ANGL. A kind of vas hell wherein wine is brought to the table. } Genus vasis, à quo vinum è cado haustum ad mensam fertur. Plaut.

Batis, idis, vel Batus, i, βατης, ὡ βατης. Piscis mollis & delicatissimi species est: quem Plin. lib. 32. c. ult. enumerat inter eos, qui mari peculiares sunt. ¶ Hinc βατηδονες, homines delicatos, & gulae proceres Græci appellant. Hujus piscis fel recens quidem, sed vino inveteratum auribus medetur, teste Plin. lib. 32. cap. 7.

Batis, herba est fruticosa, pingui folio in modum portulacæ, sed crassiore, latiusculo, & gustu sallo, floribus candidis, & semine libanotidis, quam Dioscorides κριτηριον, sive κριτηριον appellat. GALL. Cretæ marine, bacille, perce pierre. ITAL. Finocchio marino, herba di san Pietro. GERM. Bacille. HISP. Perejil de la mar. ANGL. A samphier hearbe. } Ejus duo sunt genera, quorum alterum in locis petrosis & marinis nascens, ad nos defertur sale & aceto conditum. Hoc officinæ Cretam marinam appellant. Alterum in hortis nascitur, quod Plin. à quibusdam Asparagus Gallicum vocari tradit. Columella

Olus

Olus chordum appellavit, quasi scrotinum, quemadmodum & Fōnum chordum dixit Varro, quod autumnali demū tempore colligatur. Vulgus *Bacilias* vocat, quasi baticulas. Vide Diosc. lib. 2. Ruell. lib. 2. c. 61. Batis sativus. Col.

Batnæ, *Cætæ*, civitas Orrhoenæ. Steph.

Bato, *Cætæ*, Historicus fuit Sinopæus, qui historiam de rebus Persicis scripsit. Strab. lib. 12.

Baros, { *Cætæ*. ANGL. *A bramble, a blake berrie tree.*} Frutex spinosus, lenta habens flagella per terram sparsa, quem Latini Rubum appellant: de quo Diosc. lib. 4. cap. 40. Diversas ejus species vide apud Ruell. lib. 3. cap. 63.

Batrachites, *Cætæ*, lapis ranæ viridi similis colore atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 11.

Batrachium, *Cætæ*, coloris species, quo ante inventas personas faciem obungebant. Unde apud Athenienses, Pausania authore, forum Batrachium erat, à coloribus denominatum. ¶ Est & genus herbae, quam & Latini Ranunculus vocant, de qua Plin. lib. 2. c. 13. ¶ Est & Batrachium chimistis chrysocolla quoddam genus, ex divino, quem vocant, latice proveniens, cui tanta ineft veneni vis, ut vel solo habitu incautum interficiat. Vide Cælium antiqu. leet. lib. 26. c. 9.

Batrachomyomachia, { *Cætæ*. ANGL. *A sight betwene frogges and myse.*} Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerius conscripsit libellum.

Batrachus, i, *Cætæ*, Rana: Medici est tumor quidam sub lingua nascens, cum inflammatione, quam tanulam vocat Avicenna. Est item Batrachus pisces mari peculiaris, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Fuit præterea nobilis hoc nomine statuarius ex regione Laconica, qui unâ cum Scauro, Octaviæ templo Romæ extruxit porticibus inclusa: de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

Battædæs, dictus est Callimachus Poëta Elegiographus, à Battæ patre. Ovid. in libin,

Nunc quo Battædæs inimicum devoret Ibin,
Hot ego devovo teque, tuoque modo.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Nec tibi Battædæs noctuit quod sape legentis
Delitias versu fassus es ipse tuus.

Catull. ad Orlallum;

mitto

Hæc excerpta tibi carmina Battædæs.

Battædæs, *βατταις*, puella fuit formosissima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamavit, suisque carminibus celebravit. Ovid. lib. 1. Eleg. 5. Trist.

Nec tantum Coo Battædæs amata suo;

Battædæs, *βατταις*. Verborum redundantia, ejusdem rei vitiosa repetitio. Nomen deductum est à Battæ quodam incepto Poëta, qui in carmine suo eadem sibi repetebat, eandemque iterum atque iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconismus, quem Lacedæmoniorum more sermonis studemus compendio:

Battædæs, is, *βατταις*, Poëta Comicus fuit, cujus tres fabulæ enumerantur à Suida.

Battædæs, pastor quidam fuit equarum, de quo talen fabulam recitat Ovid. lib. 2. Metam. Quum Apollo Admeti regis armenta pasceret, Mercurius boves quasdam, quæ longius processerant, furto abactas in sylva occultavit, Battæque cuiquam equarum custodi, à quo uno visus fuerat, mandavit ne cuiquam illud furtum indicaret: quod ut libertius faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius vero abiens, ut hominis experiretur fidem, sumpta alia figura, paulò post ad eum fudit, rogans an vaccas quasdam illac transentes vidisset, pollicetsque si indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battæ itaque spe muneris corruptus, sub quo monte pascerentur, indicavit, ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem; qui Index dicitur, commutavit. Ovidius,

Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo

Rure senex, Battædæs vicinia rotæ vocabat.

Alius fuit rex Melitæ insulae, de quo suprà in dictione Anna. Vide Battædæs. Fuit item Rex quidam nomine Battæ, qui Cyrenem in Africa condidit: quem lingue adeò impeditæ fuisse ferunt, ut verbum *βατταις*, ab eo originem traxisse putetur. ¶ Battæ siphium *βατταις* *σιφιον*, Græci novum & ratum quenam honorem proverbo vocant. Aristoph. in Pluto. Battæ item inepiti cujusdam Poëta nomen est, de quo paulò antè in dictione Battædæs.

Batælum, castellum est Campaniæ, cujus incolæ Turno in auxilium venerunt adversum Æneam. Virg. lib. 7. Æneid.

Quique Rufas, Batælumque tenet, &c.

Batæo, is, verbico, { *γάρναγκης*. ANGL. Battæ, meutirir. ITAL. Battere. GERM. Schlagen. HISP. Ratirò sobajor. ANGL. To beat, to kill. } Plaut. in Casina, Quid quæ potius, quam sculponeas, quibus batuatur tibi os, senex nequissime? Suet. in Calig. cap. 32.

¶ cap. 54. Translatum à Gladiatoribus, quos Batuatores vocabant. Victor. c. 8. lib. 11. Mirmillonem è ludo rudibus secum batuente, & sponte prostratum, confudit ferrea sica. Cic. ad Patum, translatulit ad rem obscenam, quum inquit: Evidem jam etiam non obscena verba pro obscenis sunt: Batuit enim impudenter, clepsit multò impudentius, atque neutrum est obscenum, *βατταις* enim Syracusis dicebatur quum mas init fœminam. Theocrit. *τον τοντην την παραπλευτην*. Hinc Cicero batuere sumpsit. ¶ Item pro Pugnare. Suet. in Calig. cap. 54. Thrax & auriga, idem cantor atque saltator batuebat pugnatoriis armis: & cap. 32. Mirmillonem è ludo rudibus secum batuente, & sponte prostratum confudit ferrea sica, ac morte victorum cum palma discurrat.

Batus, i, *βατταις*, Hebraicæ mensuræ genus fuit, teste Iosepho antiqu. lib. 1. quæ continet sextarios 72. ut docet Budæ. in commentario de Asse.

¶ *Batzeli*, pelvis. Lex. gr. b.

Bauhært, deponens. { *βαύναβαχ*. GALL. Abayer. ITAL. Abaiare. GERM. Bellen. HISP. Ladrar, specialmente à los cachorros à perros. ANGL. To bark like a dogge. } Factitium verbum à voce canum quum latrant. Lucr. lib. 5.

Et quæcum deserti baubantur in adibut omnibus.
Bacyri, vel Bacyriani, *βακυριονι*, *βακυριονι*, Gens Parthis & Medis vicina. Steph.

¶ *Baucale*: Pontificale Romanum: Et bacile cum baucali pro manibus abluendis, quas singuli ad suas mappulas extergunt. ¶ Baucalem, gellonem, Gloss. Isid. & Pythæi.

Baucis, *βαύκης*, Anus paupercula est apud Ovid. lib. 8. Metam. quæ cum Philæmone marito Iovem & Mercurium suscepit holpitio. Cornutus in Persii Sat. 4. scribit anum fuisse pannosam, quæ quum ocyum venderet, non sine modulatione & adulatio ementes incitabat. Sic enim de illa Petrus.

Dum ne deterius sapiat pannus Baucis.

Quum bene discincto cantaverit ocyma Verna.

Bavius, & Mævius, inceptissimi Poëtae fuerunt & malevoli, Augusti temporibus, qui Virgilio suam gloriam invidenterunt: de quibus Virgilius ipse in Bucol.

Qui Bavius non odit, amet tua carmina Mævi.

Bauli, villa nomen est, quæ inter promontorium Misenum Bajaram, que lacum flexo mari alluitur. Servius causam nominis inde factam memorat, quod olim Hercules juxta Baia facit caulam bobus, & eam lepida, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Baxæ, { *βαξης*, uis iεκων φιλοσοφοι. GALL. Vue maniere de pantouffles ou souliers, de quoy usoient les Philosophes. ITAL. Pianelle, zoccoli. GERM. Ein gattung der schuh oder pantofeln/ wie es die geslehten tragen. HISP. Chinelos à alcorgues. ANGL. Pettens or wooden shooes. } Sunt crepidæ & calceamenta: & propriæ calcæ Philosophorum, ut ostendit Apuleius in lib. de Asino aureo, qui ait, Nec qui pallio, baculique, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret, Plaut. in Menach. sc. 3. a. 2. Quis ille est peniculus, quo extergerunt baxeæ?

¶ *Bazana*, sacculus. Gloss. gr. b. ||

BD

Bdellium, { *βιδηλιον* bedholach. ANGL. Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifisci, gummi genüs exsudans, quod & ipsum Bdellium vocatur. Maxime commendatur quod in Bactriana nascitur: quamquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia proveniat. Galen. lib. 6. simpl. duo bdellii constituit genera. Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigruis est, magisque resinosum: Arabicum translucidius & siccus. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 12. c. 9. & Dioscor. lib. 1. cap. 69. Tu crocum, tu casia, tu bdellium. Paul. Curc. sc. 2. a. 1. Apud Priscian. lib. 1. Bdellium, *βιδηλιον*, genus lapidis.

BE

Béatrix, virgo Romania & martyr sub Diocletiano, Faustinum & Simplicium item martyres fratres, quos prius tumulavit, paulò post eodem supplicio secuta, quod prædiūm cuidam potenti vendere noluerat. Hæc enim dives erat, ac una cum beata Lucina occisorum corpora in agro suo condebat. Author Volater.

Béatvs, a. um, Felix, fortunatus, cui bene est. { *βεατος* meuschchar, *βεατος* aschre. ANGL. GALL. Heureux, bien heureux, bien fortuné. ITAL. Beato. GERM. Sälig, glückhaftig. HISP. Bienaventurado, dichoso, y perfecto. ANGL. Blessed, happy, fortunate. } Qui sint dicendi beati, Senec. lib. 6. epist. declarat his verbis: Hoc nos docet beatum non cum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: sed illum cui bonum omne in animo est, erectum, & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo se commutatum velit: qui hominem ea sola parte existimat, qua homo est: qui natura magistra sit, ad illius leges componitur: sic vivit quomodo illa prescriptis: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum convertit: certus judicis, inconcussus, intrepidus: quem si aliqua vis moveret, nulla perturbat: quem fortuna, quem in eum quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat. Sed talem haec videtur licuit. Nemini enim summa illa beatitudo, nisi exerto corporis impedimento contingere: adeò ut verissima videatur Solonis illa apud poëtam sententia, scilicet

ultima semper

Expectanda dies homini est, dicique beatus

Ante obitum nemo supra mea funera debet,

Cic. lib. 5. Tuseul. Hoc existimo beatos, qui sint in bonis nullo adjuncto malo. Accipitur & pro divite: quæ significatio ex vulgi opinione tracta est; quod solos divites felices existimat. Iuyen. Sat. 1.

optima summi

Nunc via processus vetula vesica beata;

Horat. lib. 2. Carm. Ode 4.

Nescias, an te generum beati

Phyllidis flavæ decorent parentes.

Plaut. Curc. sc. 1. a. 3. Beatus video, subduxi ratiunculam (i. dives) sequitur enim statim, Divæ sum. Transfertur & ad alia. Unde beatam vocem dixit Quintilianus pro sonora, & rara, cuique ad perfectionem nihil desit. Beata vox, inquit, & pronuntiatio. Item, libesisis operiri, beatus eris si consudaveris. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. In beato omnia beata, *ει ειδει ειδει παντα*, Theocrit. Usus erit, si dicas ab homine docto omnia doctè fieri: à pio pī: à rege regaliter. Non est beatus, esse qui se nesciat. Senec. Senius est, haud esse satis ut adhuc felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Virg.

O fortunatos nimium, bona si sua norint;

Agricolæ!

Et Horat. in Od.

nibile est ab omni parte beatum.

Proverbialm habet sententiam, quam Græci sic efferunt, *Οὐκ οὐδε τις πατεί αὖτε διδασκεῖται*, id est, Felix per omnia nullus est mortaliū. Hunc senarium citat Arift. lib. Rhetor. 2.

Bætulus, diminut. *βατταις*, *βατταις*. Pers. Sat. 3.

tandemque beatulus alto

Compositus lecto.

Beate, adverbium, Feliciter. { *μαρτυριν*, *οὐδεμίατε*. GALL. Heureuse, ment;

ment, bien heureusement. ITAL. Beatamente. GERM. Seliglich. HISP. Bienaventuradamente, y perfectamente. ANGL. Blisdestlie, happelie. { Cic. 1. de finib. Quoniam igitur omnis summa philosophiae ad beatem vivendum refertur. Idem in Paradox. Profecto nihil est aliud bene beateque vivere, nisi honeste & recte vivere.

Béatificus, οὐλοτρόπος, οὐλοδότης. Apuleius lib. de dogmate Platonis: Deus beatus, & beatificus, optimus.

Béatitatis, & Beatitudo. { ΤΥΝ ούσχει, ΤΥΝ ασχρέ. ουγγαζάθης. GALL. Beatitude, felicité. ITAL. beatitudine. GERM. Seligkeit. HISP. Bienaventuranza. ANGL. Blessedness. { Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putavit usū fieri posse molliora. Sic enim scribit lib. 1. de nat. deor. At ista, sive beatitas, sive beatitudo dicenda sit (utrumque enim durum, sed usū mollienda verba sunt) verum ea quæcunque est, cur aut in Solem illum, aut in hanc mundum, aut in aliquam mentem aeternam, figura membrisque corporis vacuam, cadere non potest?

Béo, as, Beatum facio, felicem reddo. { ΤΥΝ ισχισχέρ. ουραπίζω. GALL. Faire heureux, donner felicité. ITAL. Beatificare, beare. GERM. Sälig machen, erstellen. HISP. Hacer bienaventurado, o beatificar. ANGL. To blesse. { Plaut. in Amph. Hoc me beat saltem, quod perduelles vicit, & domum compos laudis revertit. Terent. in And. O fatum bene! Beasti, metui à Chryside. { Cœlo aliquem beare, id est, donare cœlo, cœli participem facere, & in cœlum efferre. Horat. 4. Carm. Ode 8.

Dignum laude virum Musa vetat mori.

Cœlo Musa beat.

¶ Semet beare, est indulgere animo: phrasu quadam Epicurea, qui summum bonum voluptatem aiebant eis. Horat. 2. Carm. Ode 3.

Seu te in remoto gramine per dies

Festos reclinatum bearis

Interiora nota Falerni.

Animum adverte. L. Taceo. Le. Beas. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Non juvat quod edo domi, quod foris gusto, id beat. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Nemis beat quod commatus est trans parietem, ibidem sc. 2. a. 5. ¶ Beare, Vlpian. ait, est prodesse, l. bonorum appellatio. § naturaliter, de V.S.

¶ Hinc beatus, beatior, beatissimus: de quibus paulo ante.

Bebius, cui cognomen fuit Massa. Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cuius meminit Iuvenalis Sat. 1.

— quem Massa timet, quem munere palpat Cartus.

¶ Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Pompilij libri in agro C. Petrii effossi sunt. Vide Valer. Maxim. lib. 1. c. 1.

Bebriacum, i, vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superavit. Iuvenal. Sat. 2.

Febriaci in campo spolium affectare Palati.

Cornel. Tacit. Annal. lib. 18. Eo die, quo Bebriaci certabatur, avem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri loco consedisse in colle memorant, nec inde cœtu hominum, aut volantium alium territam, pulsamve, donec Otho se ipse interficeret. Hunc vicum Itali hodie Labinam vocant.

Bebriacensis, e, adjективum: ut, Aves Bebriacenses, ita dictæ, quod ejus pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem, & Vitellium commissa est, primùm in Itália apparuerunt. Plin. lib. 10. c. 49. Venere in Itáliam Bebriacenses bellis civilibus trans Padum, exteræ & novæ aves (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore græce.

Bebrina, pellis castorina, quia castorem, seu fibrum, alio nomine vocari Bebrum, docet nos vetus Scholiastes Iuvenalis ad illud Satyr.

— imitatus castora, qui se

Eunuchum ipse fecit.

Castorem, inquit, Bebrum dicit, qui cum viderit se obsideri, & non posse evadere, testiculos suos morsu avulsos projicit.

Bebryces, Βεβρύκει, Stephano, vel Bebritii, populi à Thracibus oriundi, qui eam partem Asiae incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est, ut videtur apud Strab. lib. 7. c. 12. Hos Arrianus originem à Bebryce trahere, una filiarum Danaæ scribit, quæ unâ cum Hypermeistra præter jussa patris viro pepercit: quare fugiens parentem, unâ cum viro in hæc loca pervenit, incolâisque ritus docuit Ægyptios: pro quibus meritis regionem ab ejus nomine Bebryciam feciunt appellatam. Tenebant olim totum tractum usque ad Ephesum & Magnesiam Ioniz oppidum, ut scribit enarrator Apollonij, Charontem adducens authorem, qui dicit, Lampsacorum regionem olim Bebryciam appellatain. Ex Volaterrano.

Bebrycia, Βεβρύκια, regio est minoris Asiae ad Propontidem, postea Mygdonia, à Mygdonibus Thraciae populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. ¶ Bebryces populi ejusdem regionis, quos Strab. lib. 7. c. 12. Thracæ fuisse putat. ¶ Bebrycium nemus, de quo suprà in dictione Amycus.

Bebrycius, a, um, Βεβρύκιος, possessivum à Bebrycia, Asia regione. Virg. 5. Aeneid.

— — — — qui se

Bebrycia veniens Amyci de gente gerebat.

Bebryx, ycis, Βεβρύξ. Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quod etiam à Pyrene illius filia nomen traxisse, idem author est. ¶ Est autem Bebryx, nomen gentile, cum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo vide paulo ante in dictione Bebryces. Hujus autem nominis obliqui indifferenter efferventur à poëtis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valer. Flaccus Argonaut. Bebrycis, & Scythici procul inclemencia faxi,

Silius lib. 3. Possessus Baccho seva Bebrycis in aula.

Becarius, vicanus. Gl. g. b. ¶

Bechion, Βεχίον. Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat. Unde etiam Bechion à Græcis dicitur, μέρη τοῦ ὄντος θεραπεῖει, hoc est, tussi sananda. Plin. lib. 16. c. 6. Officinae Vngulam capellinam vocant. GALL. ηνας δ' ασφε, herbe.

Berchica medicamenta, Βερχίκα φαρμακα, à medicis appellantur, quæ tussi

medentur, Βερχίκα enim Græci tussim appellant.

Bechires Plinio, Βερχίρης Stephano, populi Themiscyrae, Aſte regionis, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. lib. 6. c. 4. Hi quum Attile ductu in Italiā venissent, vinumque antea ipsi cognitum gustassent, brevi mortalium omnium bibacissimi evaserunt.

Beda, natione Anglus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa solventes, Hispaniam invaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam sollicitavit. Græce Latinèque eruditus fuisse traditur. Scriptis in Acta Apostolorum, & in Lucam. Author Volaterr.

Beduini, ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ii nulla ratione, inermes que una cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatuque omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus, Solem orientem adorant. Volaterr.

Begis, Βεγι, urbs Trallianorum: sic vero quod apud Stephan. scribitur Βεγιανα τεμένος.

Bēlphēgōr. { כְּרִיר בֵּבָל פֶּגַּר. Βελφέρ. } Idolum fuit Moabitum, nomine Behel, sive Baal, quod in monte Phægor colebat. Idem creditur cum Saturno, ut annotavit Cæl. Rhod. Ant. lib. 13. c. 3. ¶ Beelphægoris statua, pro Priapo capias proverbialiter.

Bēlzébūb. { בֵּל צָבָבְלֶזֶבּוּבּ. Βελζεβύλ. } Idolum fuit Accaronitarum: quo nomine Idolum musæ significatur. Bel, inquit Hieronymus, & Beel, & Baal idem Hebraïs est: nam iis vocibus indicatur idolum. Zebub autem muscam signat: unde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam musæ dicatur idolum. Sed & pro dæmoniarcha ponitur, hoc est, dæmoniorum principe.

Beergios (quod hic pro Neptuni filio corruptè legebatur) lege Bergion.

Bela, Pannoniæ rex, regno per fratrius cædem potitus, bonus alloqui principis habitus, populos a multis vestigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteamque monetam percussit. Decessit post annos regni tres, membris equi lapsu fractis. Fuere quatuor hujus nominis Pannoniæ reges, ut author est Volaterr. lib. 8.

Belbina, Βελβίνα, Strab. lib. 9. Insula è regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Bélbas, quæ & hyæna, Βελβίδη. Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, ut homines pietate n. otos, & ad succurrendum egredientes devoret.

Belæa, Βελεά, Velia, vide Elea.

Belodonij, Βελόδονι, populi juxta Oceanum. Steph.

Belenium, Βελενίου. Aristoteli (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine ejus circumfertur) olim delibitorum in Perside venenum erat: trausatum autem in Ægyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateas medicus Helenium Ægyptum vocat. Vide Ruel lib. 2. c. 12.

¶ Belial, perversus, absque jugo. ¶

Belitra, Βελίτρα, civitas Italæ non procul à Rôma. Steph.

Beglæ, atum, Βεγλα, populi Galliæ Comatae, inter Sequanam & Scalde fluvios siti, in quindecim olim populos divisi. { GERM. Die Niederländischen völker, vom Rhein bis an das Britannisch meer. } Plin. lib. 4. c. 17. Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur: à Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excusum, Aquitania.

Beglæcūs, a, um, adject. ut, Eſcēdum Belgicū, currus quoddam genus apud Belgas primum inventum. Virg. 3. Georg.

Beglæcia vel molli melius feret eſſa collo.

Beglæum, ii, apud Cæſ. 3. bell. Gall. Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgæ regio.

Belcites, Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. c. 25.

Belion, Βελίον, herba quæ à Diſc. ηρόνος ὀπερί, hoc est, Polium montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Diſcoridis à doctioribus numerantur.

Belippo, oppidum Hispaniæ Bæticæ in conventu Gaditano, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Belisarius, Βελισαρίου. Suid. Felicissimus pro Iustiniano principe bellum fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, Vandalo in Africa prælio superavit, eorum rege Gilismere in triumphum ducto. Hic ramen strenuus bellum dux, & in hostibus perdomandis felicissimus invidiam vincere non potuit. Nimia ejus potentia cum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperii adduxit, qui utrumque ei eruit oculum. Quare quum principis ingratitudinem aliter ulcisci non posset, exiguum extra urbem tuguriolum extruxit, ubi per omnem vitam à prætereuntibus stipem emendicavit: illud identidem repetens, Da obolum Belisario, viator, quem invidia, non culpa cœcavit. Vide Crinitum, & Volaterr.

Bella, vide Abella.

Bellaria, orum, plural. num. Fructus & cibi saccharo, aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellantur. { Βεργία, ινδικημα, πίναρα, τερψίνη. GALL. Le dernier mets, la desserte de table. ITAL. Frutti & confettioni doppo pasto. }

GERM. Allerley speis: die man zu letzt mit dem kaff fürstelt, schlectspeis, nachspeis. HISP. La mesa de la frutta, el postre. ANGL. Banketing dishes, as tarts, marchpaines, fruits with sugar and such like things. } Macrobius in Sat. Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria novo sermoni principium detere. ¶ Vina quoque dulciora est invenire in comedii antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictaque esse ea Liberi bellaria. Gell. lib. 13. c. 11. ubi quæ Bellaria dicuntur, docet. Bellarium & bellaria, res bellis aptas appellant. Festus: ubi legendum videtur, bellas, non bellis aptas.

Bellatör, Bellatix, Bellax. Vide Bellum.

Bellærophontes, æ, seu Bellerophon, tis, ετερόφοντες. Fuit Glauci regis Ephyæ filius, inclito de more conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum à Stenobœa uxore Præti de coitu incerpellatus esset, veritus hospitalis Iovis iram, lascivan fœminam repulit. Unde exاردنس

repulsa

repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusavit: qui hospitiū iure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis, ad Iobatem sacerdotum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Iobates in ultionem criminis ad Solymos domando Bellerophontem misit, ut sub praetextu memorabilis pugnæ interiret. Verum quum & Solymos facilē vicisset Bellerophontes, & aliis plerisque periculis objectus semper vīctor rediisset, postrem ad interimendam Chimāram missus est; quem etiam laborem nactus, Neptuni beneficio Pegasum equum summa cum laude superavit. Quapropter Iobates virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte uxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit; vt lib. 6. Iliad. refert Homer. Quod quum audisset Stenobœa, sibi ipsi mortem consivit. Bellerophontes autem felici rerum successu elatus, quum in cœlum evolare cum Pegaso conaretur, immisso à Iove cœstro, equo excusus est, deciditque in eum campum, qui postea Aleius appellatus est. Pegasus autem à Iove inter sydera est relatus. Hic primum Hippōnous dictus est, Bellerophontes postea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorum primate, quem de medio sustulit. ¶ Bellerophontis literas, βιβλοὶ οὐρανοῦ τὰ γράμματα, subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiae, affert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio quum quis literas velut commendatitias perfert, quae contra ipsum sint descriptæ. Vulgo literas Vriæ vocant: neque dissimilis est historia apud Hebreos.

Bellérus, βίλλερος, Corinthiorum primas quidam, à quo imperfecto Bellerophontes dictus est, quum antea Hippōnous diceretur. Vide Cælium Rhod. lib. 13. c. 9.

Bellīcā, æ, dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, super quam jaciebant hastam quum bellum indicerent. Fest. Bellīcum, i, substantivum, Cantus ad arma vocans, signum prælii ineundi tubâ datum. { τύριον τερυκά. τὸ πολεμικόν. GALL. Le son de la trompette, quand on sonne à l'arme. ITAL. Suono della trombetta quando suona à l'arma. GERM. Das aufblasen zum streyt im krieg/ ein ternen. HISP. Sonido de bozina para acometer pelea. ANGL. An alarme, the sound of trumpet when they blowe to the bataille. } Vnde bellicum canere propriè est milites tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare, seu inflammare ad dissidium. Cic. 6. Phil. Atque iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitator fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem pro Aturana, Simulatque motus aliquis novus bellicum canere cœpit.

Bellis, vel Bellius, herba est, Gallis Marguerite. Italis Primo fiore. Plin. lib. 26. c. 5. Bellis in pratis nascitur, flore albo aliquatenus rubente. Et lib. 21. c. 8. Luteus (nempe calyx) & bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Pratenses hi flores, &c.

Bellirani, populi Fideranæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluvium. Plin. lib. 3. c. 3.

Bellonā, æ, Bellorum dea, & Martis soror. Virg. 9. Æneid.

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

De ea, & qua sit, Plutarch. in Sylla. Bellona inducebatur in Tragediis. Plaut. Amph. prolog. Huic proprio sanguine sacerdotes sacrificabant. Ante Bellonæ templum columnæ erat, quæ bellica dicebatur, super quam hastam jaciebat Fecialis bellum indicens, vt post Festum annotavit Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 12. Hæc ab antiquis Duellona à duello, quod illi ipsi bellum appellabant.

Bellonarii, sacerdotes Bellonæ, qui lacertos, humerosque concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes. Acron.

Bellouaci, βελλούακοι, populi Galliæ, qui bellî gloria Belgas omnes superarunt, quos Cæsar, duce eorum imperfecto, in potestatem redigit.

Bellouacum, Oppidum Bellouacorum, apud Cæarem comment. lib. 8. Vulgo Beauvais.

Bellua, vide in Belua, infrà.

BELLVM, bellî, contentio, certamen bellî, tempus bellî, arma: ¶ pax. { τὸν μὲν mil chamah. πόλεμος. GALL. Guerre, bataille. ITAL. & HISP. Guerra. GERM. Krieg. ANGL. Warre, a bataille. Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quæ & pugna dicuntur & certantur: quamvis hoc etiam nudis verbis peragi possit. Hæc differentia non obscurè colligitur ex Livio, quum ait, Populum Romanum nullo bello, multis vero præliis fuisse superatum. Item ex loco Virg. 1. 1. Æneid.

Infantem fugiens media inter prælia bellî

Sustulit exilio comitem.

Bellum sumere, pro suscipere. Salust. Ingerth. 68. ¶ Bellum trahere, id est, producere, proferre. Idem ibid. 70. &, Bellum iactum trahitur, in Ingerth. 118. ¶ Bellum pluere super aliquem, est abundantem impugnare sine intermissione. Iob 20. Pluat super illum bellum suum. ¶ Bellum sanctificare contra hostes, est divina quadam ceremonia bellum contra hostes indicere, cum fiducia cœlestis auxiliij. ¶ Aliquando tamen bellum capit pro prælio. Salust. In eo bello trecenti milites desiderati. ¶ Belli vocabulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent, omnia complexus est Ovid. 11. Metam.

Permanet Aonis Nereus violentius in undis,

Bellaque non transfert:

id est, maris tempestas trajicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Silius lib. 7.

Sed vietiæ fera bella Dea vexere per aquor,

Atque excisa suo pariter cum iudice Troja est.

¶ Bellum sine hoste, Civile bellum vocavit Lucanus lib. 1.

— tela manūque

Romana miscent acies, bellumque sine hoste est.

Dictum bellum (vt Priscianus sentit) per antiphrasim, quod minimè bellum sit. Alii à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quod boni gratiâ bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam injuriam pacemque parandam. Alii à duello derivant, abjecto d, & digamma in b converso. Festus à belluis, quod belluarum sit mutuo le laniatu conficere. ¶ Dulce bellum inexpertis, γλυκὺς πόλεμος. Elegans quamprimis, & multorum literis celebrata.

tum adagium, citatur ex Pindaro. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discrimini ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, πολλὰ καὶ πολλα. De inani suspicione, aut pavore sine causa oborto, quem Græci πολλαγον vocant. ¶ Non licet bis in bello peccare, αυτορεποντεῖσι εἰς τὸ πολλαγον. In febus petulosis non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo errori locus. Vel quod in bello (quia cuncta tumultu peragantur) non detur spatium revocandi restituendi, si quid perperam sit institutum. ¶ Initium bellî, ἀρχὴ πολλαγον. Vbi quis prior lacescit iniuriâ, seu convitio. ¶ Talia gignit bellum, πολλὰ ὡς τλημανοὶ πολλαγον, id est, Similia calamitosum bellum perficit. Senarius Cic. epist. ad Qu. Frat. lib. 1. quo sentit, è dissidiis eorum qui Remp. administrant, multa gigni abfuria. Id translatum ad privatam discordiam plusculum habebit gratiæ. ¶ Bello patita, εἰς πολλαγον. Vbi quis immodecum insumeret. Solemus enim celerius ac temere profundere, si quid hostibus sit creptum. Bellum facere. Liu. lib. 3. d. 4.

Nam te non alius bellî tenet aptius artes.

Tibul. lib. 4. Ut in bello fit, capit alter filius. Plaut. Capt. prolo. — spatio tempore bellî.

Ovid. 13. Metam.

Nam bellis experia cano.

Tib. lib. 4.

— duri fugientem munera bellî.

Ovid. 13. Metam.

— tibi dexterâ bello Veilis.

Idem ibid.

Innotis ludis, &c. Cedunt verbosi garrula bella foris. Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist. ¶ Bellum recuperatorium, quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur: defensorium vero, quod videlicet necessariae defensionis gratiâ, non intervallo, sed ex contingenzi suscipitur. Verum hoc nec propriè bellî nomen meretur, sed potius defensionis censemur facultas, cuilibet omni jure, ipsòque rationis ductu permitta, quandoquidem vim atque injuriam propulsare ius gentium permittit, l. ut vim, ff. de just. & jur. Bellum offensivum, bellum defensivum, ut vulgo loquuntur, in barbarorum schola nota sunt vocabula.

Bellî, adverb. in bello. Plaut. Amph. Id modò si mercedis datur mihi, ut meus vīctor vir bellî clueat.

Bellicūs, a, um, adjectivum, quod ad bellum pertinet: vt, Bellica disciplina. { πολεμικόν. GALL. Bellique, servant à la guerre. ITAL. Di guerra. GERM. Das zu dem krieg gehör. HISP. Cosa perteneciente à la guerra. ANGL. Pertaining to warre, warelike. } Cic. 2. de nat. deor. Bellica corona, quæ bellatoribus vīctoribus dabatur. Plin. lib. 16. c. 4. Ovid. 3. Fast.

Dea bellica Pallas.

Summa Regem virtute bellica illis præfeci Cephalum. Plaut. Amph. ¶ Bellicum, substantivum, vide supra post Bellica.

Bellicōs, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. { τὸν μὲν πλήρης mil chamah. πόλεμος. GALL. Belliqueux, vaillant en guerre. ITAL. Feroce. GERM. Kriegisch/ streybar. HISP. Mucho guerreador, bellico. ANGL. Valiant in arms, fierce, warlike. } Salustius in Iugurtha, Libyes quæ Getuli minus bellicosí erant. Liu. 9. ab Urbe, Cepisse enim eos non Romam, sed quod multò bellicosius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque.

Bellicōsē, adverbium, Fortiter, ferociter, ut virum bellicosum decet.

{ πολεμών. GALL. Vaillamment, belliqueusement. ITAL. Feroemente, gagliardamente, bellicosamente. GERM. Tapferlich/ritterlich/ kriegisch. HISP. Brava o bellicosamente. ANGL. Valiantly, warlike. }

Bellicrēpā, genus veteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant, ne quid ab hostibus Romani paterentur in ludi suis, quod ab iis passi fuerant Sabini, raptae eorum virginibus.

Bellifer, a, um, bellicosus, ad bellum gerendum idoneus. πολεμικός; πολεμόφόρος. Claudianus in Rufinum,

— qui belliferam communib[us] urunt

Italiā maculis.

Belligēr, a, um, Ad bellum gerendum idoneus. { אושׁ מילחמה. πόλεμος. GALL. Qui fait la guerre. ITAL. Chi guerréggiā. GERM. Der gescht ist ein krieg zufüren. HISP. Cosa que haze à trahe guerra. ANGL. That maketh warre. } Mart. lib. 15.

Hermes belligera superbus kasta.

Ovid. de Trist.

Sic ego belligeris agentibus undique septu.

Belligērō, as, bello, bellum gero. { אושׁ מילחמה. πόλεμος. GALL. Guerroyer, faire ou mener guerre. ITAL. Guerreggiare. GERM. Ein krieg führen/ kriegen. HISP. Guerrear. ANGL. To make warre. } Cic. pro Fontejo, C. Marius, qui Induciomaro isti minaci atque arroganti pār in belligerando esse possit. Ennius apud eundem lib. 1. Offic.

Non tauponantes bellum, sed belligerantes.

Liu. lib. 3. bellî Punci, Et cum Gallis tumultuant magis, quam belligerant. Postquam belligerant Ætolii cum, &c. Plaut. Capt. prolog. Item Suet. in Aug. cap. 94.

Bellipotēns, qui bello pollet. { εὐθύνως, δαιφρω. GERM. Gewaltig vnd mächtig im krieg. ANGL. Mightie in ware. } Statius Theb. 2.

Bellipotens cui torva genis horrore decoro

Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon.

Cic. 3. de Diu. Æacidæ bellipotentes magis sunt, quam sapientiæ pollentes.

Bello, as, bellum gero, configo. { אושׁ מילחמת. πόλεμος. GALL. Guerroyer, mener ou faire guerre. ITAL. Combattere, guerreggiare. GERM. Kriegen. HISP. Guerrear, hazer guerra. ANGL. To warre; or to mak warre. } Plin. lib. 5. c. 1. Romana arma primum Claudio Principe in Mauritania bellavere, Ptolemy regem à C. Cæsare interemptum vlciscente liberto Ædemone. Cic. pro leg. Man. Fuit proprium populi Rom. longè à domo bellare. Idem de senect. Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Bellare alicui, id est, contra aliquem. Stat. lib. 8. Thebaid.

— & magno bellare parenti.

¶ Est & bellor, aris, deponens. Virg. Aeneid.

— & peditis bellantur Amazones armis.

Composita sunt, Debello & Rebello, de quibus infra suis locis.
Bellator, is. Bellicosus, vel qui bellum gerit. { מִלְחָמָה isch milchamah. מַלְכָּתָה malkat. GALL. Guerrier, homme de guerre. ITAL. Combattitore, guerriere. GERM. Ein Krieger/ Kriegs man/ Kriegsfürer. HISP. Mucho guerreador. ANGL. A warour, a man of warre. } Cic. 4. Tuse. An accusatori majores nostri majora præmia, quām bellatori esse voluerunt. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. Vide Virg. lib. 10. qui equum animosum & ad præmium incitatum Bellatoriem vocat, quem inquit,

— & inter

Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.

Bellatrix, cis, Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa, { מִלְחָמָה isch milchamah. מַלְכָּתָה malkat. GALL. Guerriere, femme vaillante en guerre. ITAL. Guerriera. GERM. Ein Kriegerin/ ein Kriegs weib. HISP. Guerreadora. ANGL. She that warreth, a woman that sightheth in the warre. Virg. 1. Aeneid.

Aurea subnectens exerta cingula mamma Bellatrix.

Bellatrix diva (i. Minerva.) Ovid. Eleg. 4. lib. 1. Trist.

Bellax, acis, adjet. Bellicosus, vel belli appetens. מַלְכָּתָה malkat. Bellatus, bellè, bellissimè, bellitudo, bellulus: vide Bonus.

Bellus, vide Bonus.

Bellicerpa. Lege Bellicrepa, saltatio cum armis. Gl. Isid.

Bellogradum, Ungarie urbs, ad confluxum Sai, & Danusii sita, vulgo

Griechisch Weissenburg.

Bellōsus, a, um, vetus est nomen, idem significans, quod bellicosus.

{ מַלְכָּתָה malkat. ANGL. Vavarli e. } Cæl. apud Nonium, c. 2. n. 96. Tantum

bellum suscitare conari adversarios contra bellosum genus.

Bēlon, εἴλον, per simplex l, nomen urbis & fluvii in Hispania Bœtica.

Strabo lib. 3.

Bēlonē, εἴλων, per simplex l, piscis est, qui alio nomine dicitur Acus: utroque nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plin. lib. 9. cap. 51. Acus, inquit, sive belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero parit: à partu coalescit vulnus: quod & in cœciliis serpentibus tradunt. Vulgo Anguiscula. GERM. Ein Hornfisch dicitur.

Bēlōs, eos, Sagitta, telum, ἀρρεῖσθαι, quod significat jacere. { ינ chets. εἰσαγ. GALL. Sagette, fleche. ITAL. Saetta. GERM. Ein pfeil. HISP. Saeta, ὁ πόλεμος, ὁ βέλος. ANGL. An arrow or dart. } Caius de verb. sign. Quod nos telum appellamus, illi πέλος appellant: cōque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mititur.

Bēlōx, sive (ut alii malunt) Bellua geminata ll, Immanis fera. { חֵיתָה chayyah, בְּבָרֶר bebar. διάδημα diadem. GALL. Beste cruello & sauvage, beste feroce. ITAL. Bestia. GERM. Ein grausam thier. HISP. Bestia comun à tierra & à mar. ANGL. A great and terrible wildebeast. } A bello, hoc est, bono, vel pulchro, νέαρ ἀρίστης (ut quidam existimat) dicta: aut (ut aliis placet) à substantivo bellum, quod Bestiarum sit bellum sibi mutuo inferre, quibus natura ad hoc ipsum anima videtur concessisse. Ter. in Eunuch. Eōne es ferox, quia habes imperium in beluas? Martigenam ille aggressus belluam, i. draconem. Plaut. Amph. sc. 3. a. 4. In belluae marinæ alicuius immensæ ventre eos detrudit. Sen. cap. 10. de consol. ad Marc. Bellua Inda sui magistri iussu obtemperat. Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist. Quanta bellua Imperium. Suet. in Tib. cap. 24. ¶ Belua etiam de homine fero, stupido & hebeti dicitur. Ter. in Thorm. Sed quid pertimui autem belua: Idem in Eunuch. Age nunc belua, credis huic quid dicat.

Bēluātā tapetia, dicta sunt à Plaut. in I seud. beluarum figuris pieta, in textaque.

Bellualis, vel Bellualis, beluinus. Macrob. Satur. lib. 5. cap. 1. Educationem quoque nutrificationis, tanquam bellualem & asperam criminatur.

Bēluīnūs, a, um, quod est belua, ut, Beluina rabies, { ἡρεμαδης heremades. GALL. De bestie, bestial, cruel. ITAL. Bestiale. GERM. Viehisch/ das jum vich gehört. HISP. Bestia, cosa de bestia. ANGL. Of a bestlie, cruel. } Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suavis & grata, ut neque beluina vastitas horrore sit, nec gracilitas infirmitati.

Bēluōsus, a, um, sive Belluosus, quod abundat beluis. ἡρεμαδης. Unde Oceanus dictus est beluosus, οὐράνιος, à belluarum multitudine & magnitudine quæ ibi sunt; nam inter beluas marinas numerantur balenæ, pristis physeter, & orca. Horat. 4. Carm.

Te beluosus qui remoris

Obstrepis Oceanus Britannus.

Belunium, Monte Belunio, Venetiарum oppidum in Italia, ut Patavium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.

Bellutus, bestiae similis. Fest.

Bēlūs, εἰσαγ. per simplex l, nomen proprium primi regis Assyriorum & patris Nini, à Sole deductum, qui Assyriorum lingua Beldicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonii, divinisque cum honoribus sunt prosequuti. ¶ Fuit item Belus, cognomento Priscus, Epaphi, vel (ut alii malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Isis post Apidis mortem nupsit, regnante Athenis Cecrope. Huius filii fuerunt Danaus, & Egyptus, quem alii Ägyptum vocant: à cuius etiam nomine quinquaginta Danai filiae Belides appellatae sunt, ut paulò ante ostendimus suo loco. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluvius Syriae, ubi primò repertum fuisse vitrum Plinius scribit lib. 5. cap. 29. Joseph. lib. 1. belli Indiaici, stadiis ait duobus à Ptolemaide Belum amnem distare, iuxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circundatis iugis convergent, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alias fuit Phœnices rex, & pater Didūs, vir militaris scientia peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, ut est apud Virg. 1. Aeneid.

— genitor tum Belus opimam

Vastabat Cyprum, &c.

Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Servius. ¶ Belus Stephano

oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur. ¶ Belus, gemma est vitrea specie, magnitudine nucis iuglandis in Arbelis nascens, ut ex Democriti sententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.

Belum, telum, unde Monotelum. Item pars obsecna virilis. Casaub. || Bēlidēs, βελιδης, patron. mascul. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virg. 2. Aeneid.

Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures

Bēlidēs nomen Palamedis, &c.

Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis

Bēlidēs. & stricto stat ferus ense Pater.

Bēlis, idis, βελιδης, patronym. scem. quo significatur filia, vel neptis Beli. Unde Belides dicitur sunt quinquaginta filiae Danai, Beli filii: quas cū Ägyptus Danai frater (quem alii Ägyptum vocant) totidem filii suis peteret uxores, Danaus despondere noluit: didicerat enim ex oraculo, se à genero interfectumiri. Sed postea coactus à fia re promisit se Ägypti petitioni satisfacturum. In noctiā autem nocte filias subornavit, ut clam se cultris armarent, & viros iam vino luxuriisque sopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tempore necarunt viros, unaquaque suum, excepta sola Hypomestra, que Lynceo, seu Lino viro suo pepercit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos invasit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Unde Dandidum dolium, proverbio celebratur, pro barathro quodam inexplicibili, & insatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à poëtis Danai filiae apud inferos eo supplicii genere perpetuo damnatae esse, ut dolium quoddam pertusum aqua conentur implere, unde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ovid. 4. Metam.

Molirique suis lethum patruelibus ausa,

Affidue repetunt, quas perdant, Belides undas.

Vide Belus.

Belioculus, gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigran è medio aurco fulgorē lucentem. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Bēmarchiūs, Βαυρός, ex Cæsarea Cappadocia sophista, qui scripsit res gelas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes: Author Suidas.

Bembina, Βεμπίνος Stephano, Nemæus vicus est, quem Hellanicus Bembinus, Βεμπίνος appellat: unde Nemæus leo à Poëtis Bembinatis bellua dicitur. Plaut. Mil. Bembinatis belluae instar, hoc est, Nemæi leonis instar.

Bembinadia, regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Plin. lib. 4. cap. 6. Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemæa, Bembinadia vocitata. Sic enim legit Hermolaus: cujus verba hæc sunt: Legendum est Bembinadia; fuit enim vicus Bembina: unde Nemæus leo à Poëtis Bembinates dicitus. Sed & in Plautino milite, ubi dicitur Bombamatides elutum instar: cogitent legentes an emendandum sit, Bembinatis belluae instar, hoc est, Nemæi leonis instar. Vide Bembina.

Bēnācūs, { Κλαύδιος Clauđius. Vulgo Lago di garda. GERM. Der Gardsee in Italiæ. Lacus Cisalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt aureas arenas evolvere, & ex eis nutritæ pisces, quos indigenæ Carpiones vocant, nusquam alibi reportos. Ex hoc Mincius fluvius excurrit in padum. De hoc lacu Virg. lib. 2. Georg.

Fluctibus & frēmitu affurgens Benace marino.

Bendidia, βενεδίδηα. Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphico originem sumpsere. Vide Cæl. Rhod. lect. antiqu. lib. 18. c. 2. 5. Bene, βενή, Stephano oppidum Cretæ sub Gortyne situm, cuius incolæ dicuntur Benæi, Βεναῖοι.

Bēnē, Benedicto, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, vide Benē, in Bonus. Benedictus, patria Nursinus, primò Sublacum secessit, ubi Ordinem monachorum instituit in Italia primum, quem antea Basilius in Oriente constituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur, vitanda gloria gratiâ, Casinum venit, ubi templum Apollinis Ioanni Baptista dedicavit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi vaticinii gratiâ dicitur incognitus venisse, seruo præmisso cultu regio, ab eoque patefactum fuisse. Decessit Casini Benedictus, ubi & sepultus cum Scholastica sorore, imperante Iustino seniore. Fuit & alter ejusdem nominis, eodem ferè tempore quo superior Benedictus, qui à Gregor. III. memoratur in dial. Vivebat monachus in Latio, xi. ab Urbe lapide.

|| Benelinguatus, eloquens, Lingua, Gloss. gr. b. ||

Bēnēvēntūm, Βενέντος Ptolemy, Βενέντη Suidæ, & Stephano, Hirpinorum urbs, quæ quum eò colonia duceretur, inquit Festus, boni omnis causa ita vocari cœpit: nam antea Maleventum vocabatur, vulgo Benevento. Hæc urbs à Diomede condita fertur: apud quam xxx. millia Samnitum cœla fuerunt, Sulpitio & Petilio consulibus. De hac Plinius lib. 3. cap. 11.

Benis, vide Nebis.

Bēnnā, æ, teste Festo, lingua Gallica genus est vehiculi. { ANGL. A wagon. } Unde Combennones, in eadem benna se dentes. Cato de re rustic. cap. 23. Benæ emantur: oleæ caducæ saliantur.

Bennæ, vel per diphthongum Bæna, cum simplici n, urbs Thraciæ, unde Bennicus sinus Steph. apud eundem, Bennæ unus ex senatoriis ordinibus Ephesi, cuius Senatores Bennii.

|| Benus. Sic veteres dixisse, quod nunc est bonus, arguit bene, benignus. || Berbecomagus, urbs, hodie Speyt dicta.

Berbena, alias Verbena, herba.

Berberion, vel Berberi, conchæ genus, ex qua uniones & margaritæ veluntur, author Barbat. in Borol. Chamaron. lib. 2.

|| Berberis, planta. ||

Bērēcyntia, Βερέκυντις (inquit Servius) Mater Dūm, dicta à monte Phrygiae Berecynto: cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem D-li Cynthum dicimus. ¶ Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio.

Nam

Nam Ripæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione, quam addimus, quum Riphæos montes Scythæ significamus. Hæc Servius in illud Virg. lib. Aeneid. 9.

Ipsa Deum fertur genitrix Berecyntia, &c.

Berecyntus, Βερέκυντος Steph. nomen montis est Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater Dcūm priscorum ritu colebatur: unde Berecyntia dicta est Plinio lib. 16.

Berecyntius, a, um, adject. Βερέκυντος: ut, Cornu Berecyntium, apud Horat. 1. Carm. hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntia sacerdotes. ¶ Tibia Berecyntia. Idem 3. Carm.

Berenice, εσ, Βερενίκη, Ptolemai Lagi uxor, & regina Ægypti, à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius filius insignem urbem, quam in sinu Arabico condidit, Berenice appellavit. Autor Plin. lib. 6. c. 29. ¶ Fuit & alia ejusmodi nominis Ægypti regina, Ptolemai Philadephii & Arsinoës filia, quæ Ptolemæo Evergetæ fratri suo nupsit: qui quum paucis à nuptiis diebus in Asiam expeditiones suscepisset, Berenice crinem se detonsuram vovit, si ille salvus reverteretur: cuius voti-damnata, abscissam comam in templo Veneris consecravit, quæ quum postridie non apparuerit, ægræ id ferenti Regi, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, intersydera collocatam affirmavit, septem ei figuræ vacuas ad caudam Leonis ostendens stellas, in quas Berenices crinem mutatum asserbat.

¶ Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filii ex Salome sorore neptis, cuius meminit Strab. lib. 16. ¶ Berenice præterea à Valet. Max. appellatur lib. 8. cap. 6. quam Plin. lib. 7. c. 41. Pherenicem vocat, cui

soli ex mulieribus, quod filia, mater, & soror esset Olympioniarum,

concessum est, ut gymnacos ludos posset spectare, tamen omnibus interdictos.

Bereniceus, adjectivum. Catull. Epigr. 61.

— Bereniceo vertice Cæsariem.

Vide totum hoc Catulli carmen.

Berenice, εσ, Βερενίκη, multarum urbium nomen est, quatum prima in Libya Cyrenaica est, in extimo majoris Syrtis cornu sita, una ex iis quæ Pentapolim efficiunt, de qua Plin. lib. 5. cap. 5. ¶ Secunda, ad finem Arabicum, à Ptolemaio Philadephio condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso Solstitii die hora sexta umbras penitus absolum tradit Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Tertiam cognomento Pauchryson, & quartam Epidirem dictam enumerat idem Plin. loco jam citato. ¶ Due præterea ejusdem nominis urbes recensentur à Steph. quarum alteram in Cilicia collocat, alteram Chium olim vocatam asserit.

Berenicēs cōma, νέμην Βερενίκην, Sydus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemai Philadephii filiæ, & Evergetæ fratris sui uxoris, quos quum illa voti solvendi gratiâ detondisset, & postridie nusquam apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latius paulò antè in dictione Berenice.

Berenicēdæ, Βερενικῖδæ, Ptolemaica tribus, populi apud Athenienses Stephano.

Berenicēs, idis, Βερενίκης, tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenice urbem. Luc. lib. 9.

— nam quidquid pulvere sicco

Separat ardente tepida Berenicida Lepti

Ignorat frondes.

Beres, Βερες, urbs Thraciæ, à Berete filio Macedone. Steph. vide Mieza, apud Steph.

Berex, Βερεξ, gens inter Indiam & Æthiopiam. Steph.

Berge, Βεργη, urbs, aut vicus Thraciæ, ex qua natus est Antiphanes Bergæus Comicus, qui incredibilia conscripsit, unde proverbium, Βεργαζεσ, pro nihil veri dicere. Usurpatur & Bergium diminutivè. Steph.

Bergepolis, Βεργεπόλις, urbs Abderitarum. Idem.

Bergia, Βεργία, erant virgæ & ferulæ, quibus milites in exercitationibus & incruenta pugna utabantur. Leo, Mauritius, Cedrenus.

Bergidium, Βεργίδιον, oppidum Illyricum, in eo trætu Tarragonensis Hispaniæ, qui Vasconibus proximus est.

Bergion & Albion, Gigantes, filii fuere Neptuni, ab Hercule interfecti, ut scribit Pompon. Mel. lib. 2. vide suprà Albion.

Bergomum, oppidum est Italæ, trans Padum, à Plinio in nova Italæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinet. ¶ Hinc Bergomates, eius oppidi incolæ dicti sunt.

Berillus, vide Beryllus.

Berithrus, Βεριθρος, urbs Trojana. Steph;

Beritum, urbs Marchiæ Brandenburgiæ.

Bernardus, Abbas inter Burgundos nobili ortus genere, antio ferè xii. ætatis sub Abate Stephano, qui tertius fuerat in Cœnobio Cisterciensi paulò antè instituto, una cum xxx. sociis monachum profecit, doctrinæ vitæque laudatae fama adeò profecit, ut Clarevallenſi cœnobio tunc primum Roberti virti illuſtris impensa constructo prepositus sit: cui annos xxxvi. præfuit. { GERM. S. Bernhard der fromme Abt. } Plura reliquit scripta: Comment. in Cantica, Considerationes divinæ contemplationis ad Eugenium Pontificem, unde Pontificii muneric ratio dicatur: varias insuper epistles, sermones etiam in diebus solennibus habitos. Volaterr.

Bernava, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6. Oppidum est Hispaniæ Tarragonensis, non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Iberianis ad Orientem proximum. Vulgo Benavar.

Bero, Saccus, quasi pero, à pera dictus. { ANGL. A bagge, a satshell. } Vide priores Budæi annotationes.

Beroë, Βεροء. Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam se mutavit Juno Semele persuasura, ut à Iove veram illius formam peteret, quæ cum Junone congregri soleret, ut superius de Baccho dictum est. Ovid. Metam. 3.

¶ ipsaque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.

¶ Beroë quoque cujusdam Dorycli Ismarii conjugis meminit Virgil. lib. 5.

Fit Beroë Ismarii coniux longa Dorycli, &c.

¶ Est item Beroë Stephano, urbis nomen in Macedonia, non procul à

Pella, Alexandri Magni patria: quæ alias Beroë, sive (ut quidam malunt) Berrhoë vocatur. Vide infrà suo loco.

Beroë, sive Berrhoa, Βερροα Stephano, Βερροα Suidæ. Urbs Macedonia ad Haliacmonem fluvitum sita, non procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit urbis hujus Plin. lib. 4. c. 10. Vulgo Veria. ¶ Est etiam in Cava Syria huius nominis oppidum, in quo Bassianus Rhetor natu traditur, à quo dicti sunt Beroënses, Βερροαι, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 13.

Beronice, vide Berenice.

Berosus, collis est Taurorum, tres habens fontes sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

Berosus, Chaldaeus fuit, Astrologiae peritissimus, cui propter admirandum prædicendi futura scientiam, Atheniensis in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Author Plin. lib. 7. c. 37.

Bersabe, יָבֵרְשָׁבָא, urbs Iudeæ, quæ puteus iuramenti interpretatur, quia quum ibi habitatet Abraham cum Abimelech, mactatis septem ovibus in foedus mutuò iuraverunt. Hæc terminus fuit terræ Promissionis possessæ à populo Iudeorum, postquam reversus est ex Ægypto, & tendit usque ad Dan, spatio in longum clx. millium, sicut scribit Hier. ad Dardanum.

Bersane, vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Author est Diod.

Berula, vide Sisymbrium.

Berunus, Βερούνος Steph. Italæ civitas, nimirum Verona.

Berus, est pretiosa vestis.

Beryllus, Βερύλλος, Bostrenæ urbis Arabicae Præsul fuit, qui quum plura recte pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quam ob rem convocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Ori-gene, ad sanitatem reductus est. Vide Volaterranum lib. 6.

Beryllus, Βερύλλος. Gemma est subviridis, & transparens, vix alibi unquam quam in India reperta: cuius novem enumerantur species apud Plin. lib. 37. cap. 5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingenii: quoniam hebecunt, n̄ color surdus repetitus angulorum excitetur. Propert. lib. 4. eleg. 7. ad Cynthiam.

Et solitum digito beryllon adederat ignis.

Berytis, Βερύτης, Troica urbs, videtur addendum Steph.

Berytos, Βερύτης, urbs est Phœnices in ora, Libano monti subiecta, Iustiniani temporibus legum studiis celeberrima. Vulgo Barutum vocant. Hinc Berytia vina, hodi quoque nominatissima: de qua Plin. lib. 15. cap. 17.

Berytus, alia est urbs Arabiæ, Diospolis priùs dicta. Steph.

Bes, besis, masculini generis, compositum est ab Aſſe, octo significans uncias, Βεργία. Fetus, Bes appellatus est, quod bis triens sit: quamvis dura compositio fiat besis ex triente. Cic. ad Att. lib. 4. Fœnus ex triente factum erat besibus. Plin. lib. 18. c. 11. Græci in binos semidios farinæ satis esse beses fermenti constituerent. ¶ Legitur & nominatus Besis apud Festum, modò emendata sit lectio. Besis, inquit, uncia octo: triens, quatuor. ¶ Bes etiam est Geometratum mensura continens octo partes iugeri in duodecim partes divisi. Vide Colum. lib. 5. c. 1.

¶ Bes pretii, est octava eius pars. ||

Bescia, Βεσκία, urbs Ausonum. Steph.

Besæ, simplici s. Βεσ. Fons est Thessaliæ, inter Ossam & Olympum, iuxta Cycesium oppidum, de quo Strab. lib. 8. ¶ Est & Besa tribus nomen in agro Attico, cuius meminit idem Strabo lib. 9.

Befsæ, geminata sī, Βεσσα, campus est Locridis, denis arbustis refertus, unde & nomen accepit: βεσσα enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strab. lib. 9. ¶ Est & Βεσσα, Bessa, ejusdem regionis oppidum, apud Stephan.

¶ B. fæsæ, lacetculi, qui octo pollicum longitudinem habent. Bud. lib. t. de aſſe. ||

Besbieus, Βεσβίος Steph. Insulæ est exigua Propontidis, 18. M. passuum circuitu, è regione Osti, Rhyniaci fluvii. Vide Plin. lib. 6. cap. ult.

Besippo, Βεσιππω Ptol. Hispaniæ Bæticæ portus, & oppidum non procul à Mellaria urbe, patria Pompei Melæ, ut ipse testatur Geographia sua lib. 2.

Bessara, Βεσσαρα, civitas est Assyriæ, apud Ptol. lib. 16. cap. 1.

Bessi, Βεσσι, populi Thracum, teste Plin. lib. 4. cap. 11. magna ex parte Hænum montem incolentes, rapina & latrociniis visitantes, de quibus Ovid. lib. 6. Trist.

Vivere quam miserum est inter Bessesque, Getasque.

Bessicus, Βεσσικός, Adject. ut Bessica gens. Cic. in Pisone, Idemque tu Rabocentum Bessica gentis principem, quum te trecentis talentis Regi Cotto vendidisse, percussisti.

Bessyga, Βεσσυγα, Emporium in India, ubi amnis Bessygæ: unde Bessygas populi, qui humana carne vescuntur. Steph.

Bestemia Troiæ: alias Bestemaiæ Troiæ.

Bestia Appia, legitur apud Volaterr. lib. 14. ex Livii lib. 2. bell. Pun. apud quem nunc legitimus Vastia Oppia.

BESTIA, Bellua. { בֶּבֶרַי, בֶּבֶרַי. GALL. Bestia.

ITAL. Bestia. GER. Ein thier. HISP. Bestia, animal bravo y fiero.

ANGL. A beast. } Nomen est generale, omnia animalia rationis experta complectens: nam & de piscibus & volucribus dicitur. Cic. 5. Tusc. Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit: alias volucres cælo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes. Idem de Amic. Quod si hæc apparent in bestiis volucribus, agrestibus, hantibus, &c. Fera bestia, luxuria. Liv. lib. 34. Suis terrestris bestia est.

Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. cui percutendum est propter nihili bestiam (i. simiam.) Idem Merc. sc. 1. a. 2. Bestias, autem pecudum in numero hæberi Caius Iurisconsultus negat lib. 9. Digest. ad L. Aquil. cæque ferociores scribit, ut Ursos, Leones, &c. Bestia pro serpente & venenato animali, quod Græci Ἀρά. Cicer. 1. de Divinat. Mirari licet quæ sint animadversa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad mortus bestiarum. ¶ Bestia quoque prænomine Lucii commemoratur à Salustio inter eos, qui cum Catilina adversus Rem publicam conju-

tarunt.

rarunt. § Bestia bestiam novit, επίστεια δὲ Στέρε. Novit profectō ferā feram. Aristot. lib. Rhetor. i. Congruet ubi convenit inter duos pariter improbos. § Ne bestiae quidem ferre possent. Proverbialis hyperbole eit apud M. Tullium actione in Verrem 5. Postremo ut odor Apronii teterimus oris & corporis, quem, ut aiunt, ne bestiae quidem ferre possent, uni isti suavis & iucundus videretur.

Bestiola, ἄρτη, diminutivum, θεοδίκη. ANGL. A little beast. } Plin. lib. 11. cap. 6. Apes alveum illinunt amarioribus succis contra aliarum bestiolarum aviditates.

Bestiarii, dicebantur qui ad depugnandum cum bestiis damnati erant. θεοφόροις. Hinc à Seneca epist. 71. ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarii depugnabant. Cic. pro Sestio, Praeclarā adilitas unus leo, ducenti bestiarii. Idem in Vatinium, Milonem dicas gladiatoriūbus & bestiariis obseditissimam rem publicam. Suet. in Claud. cap. 34.

Bēta, ἀρτη, herba est notissima, etiam hodie nomen retinens, quæ quod insipida sit, fatua peculiari quodam epitheto appellatur. } οὐράνη, sive τετλα. GALL. Porée, jotte, blette. ITAL. Beta, Betiola. GERM. Mans goß oder Erdöl. HISP. A selga. ANGL. A beet. } Martial. lib. 13.

Vt sapient fatua Fabiorum prandia beta.

O quam sape petet vina, pipérque coquus.

Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Apponunt brassicam, betam, blitum. § Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & cinzidi. Unde & Betizare dixit Augustus pro languere, & effeminari. Suet. in Aug. c. 87. Vide Cælium lib. 15. c. 11.

Bēthārmones, θεοφόροις, ab Homero Corybantes vocantur. Odyss. 8. Betacharum, vicus inter Hierosolymam & Thecum in monte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immò, ut videtur esse, בְּתַחֲרֵם beth-haccherem, merè Hebraicum est.

Bethania, בְּתַנִּיאָה bet-hanîah. Επιτεινία. Villa secundo millario ab Hierusalem in latere montis Oliveti, Marthæ, ac Marie memoriam insignis. § Est & altera Bethania trans Iordanem, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, בְּתַהְלֵם beth-el. Urbs Samaria, quam Iebusei condiderunt, quæ prius vocabatur Luza.

Bethlema, vide Bethlehem.

Bethlehem, בְּתַהְלֵם beth-léhem. Επιτεινία. Nomen civitatis David, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Christi servatoris nostri natalibus insignis. Nunc viculus esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac civitate ortus, atque ibidem in regem unctus est David. Ibi Rachel occubuit, & sepulchrum Iesse patris David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem millario positus, contra Meridiem, in itinere, quo iterum Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pavit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eam panem, qui ibi de cœlo descendit. A Stephano Επιτεινία appellatur neutro genere & plurali numero. § Hinc Bethlemitæ, dicti sunt eius incolæ.

Bethphagē, ΒΑΝΙΙΟΝΙ bet-phagē. Επιτεινία. Vici nomen est in Iudea, non procul ab Hierosolymis, quod Syris domum oris, vel maxillæ sonat.

Bethsaida, בְּתַהְסַיָּדָה beth-tsaïdā. Επιτεινία. Galilææ civitas, Petri, Andreæ, & Philippi patria, ad Lacum Tyberiadis sita.

Bethsames, בְּתַהְשָׁמֶס beth-schémesch. Nomen urbis Galilææ, ubi Dominus perhibetur multa signa fecisse: à qua Bethsamitæ populi.

Bethsura, & Bethusuræ, tantum plurale, בְּתַהְשָׁרָה Béth-tṣur. Munitum fuit Iudeorum praesidium, de quo multa lib. 2. Machab.

Betis, fluvius Hispaniæ ultioris. Vide Eæ: ii.

|| Betizare, lacanizare, betisare, languere. Casaub. ||

Bēto, is, Vado, quasi bene ito. Varro, Mulierem quod patere ea non poterat, foras betere iussit. Pacuvius, Vos hinc defensum patiam in pugnam betite: ex Nonio. Plaut. Cure. sc. 2. a. 1. Si illa ad me beter. Licetne betere obsecro, ari non licet? Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.

Bētonică, ΒΕΤΩΝΙΚΗ Dioscoridi. } GALL. Betoine, ou veteoine. ITAL. & HISP. Bētonica. GERM. Bētonien. } Herba Gallis dicitur, quæ ab Ital. Serrula, teste Plin. lib. 1. c. 8. § Est & altera betonica species, teste Aegineta, herba unicaulis, ramulos habens pul-gii, sed tenuiores & gustu fatuos, quæ à superiore specie differt, non effectu. § Est & alia species betonica, seu vetrica coronaria, seu vetricum altile, vulgo flores tunici, aut garyophylli, teste Ruellio. } ANGL. Vetrone. }

Bētūlā per simplex I, melius quam betulla per duplex II, οὐράδα Theophrasto, οὐράδα Plin. histor. lib. 3. c. 14. Arbor est satis vulgaris, corice candidissimo, quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt: & ex ea fasces conficiebant qui magistratibus solebant præferti. Inde nomen sortita est à batuendo (batuere enim cedere), batula, levique mutatione betula. Quo error insignis corrigitur Matthæoli (virilis alioqui meo iudicio maximi) in Dioscoridem c. de populo: qui betulam à bitumine deduci existimat.

Betulo, Hispaniæ fluvius est in tractu Tarragonensi, barcinensem agrum irrigans. Rectius scribitur Bætulo per diphthongum. Vide supra suo loco. Vulgo Becon.

Beva, ΒΙΒΑ, urbs Macedonia. Steph.

Bevos, ΒΙΒΟΣ, fluvius. Idem.

|| Bezirides, Vezires, Consiliarii Imperatoris Turcici, dicti Vifiri. Lex. gr. b. ||

R I

æum, ΒΙΒΑΙΟΝ, vini factitii genus erat, valetudinis causa excogitatum. Fiebat ex uvis ad solem siccatis, & aqua marina: dictum est à cura,

quia multum in eo coniendo laboris adhibetur, sive quia violentum esset, & efficax contra morbos: sive à festinatione, atque impetu. Plin. lib. 14. c. 8. Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt βιβαῖον, ad plurimos valetudinum usus excogitatum.

Fit autem hoc modo: Uva paulum ante maturitatem decerpitæ siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur, dein cadis sole inveterantur: cui marinam aquam largiore miscent.

Bārchi, ΒΙΒΑΙΟΝ, qui præsunt communitibus, vitæque necessariis compa-

randis: εἰς enim Græcis non modò vitam, verum etiam viçum significat.

Bianor, ΒΙΑΝΟΣ, nomen viri, qui & Ocnus dictus est, filius Mantus fatidæ, & Thufci fluminis, qui Mantuam urbem à nomine matris appellavit. Virg. Eclog. 9.

namque sepulchrum

Incipit apparere Eianoris, hic ubi densas, &c. Fuit item unus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero Iliad. 11.

Bias, biantis, ΒΙΑΣ. Nomen philosophi Prienensis, qui fuit unus ex septem Græciae sapientibus. Hic (Laertio teste) vir fuit totus regius, & civium suorum princeps, quos diu adversus pericula tutatus est. Sed tandem capta patria, quum universi fugerent rerum pretiosissimarum sarcinulis onusti, ipseque interrogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secum ferret, respondit, Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

Biatia Ptolemaeo, oppidum est Hispaniæ Tarragonensis, fortasse idem cum eo, quod hodie Eæza nominatur.

Bibaculus, patria Cremonensis, ut scribit Eusebius, qui simul & Catullus inter poetas Iamborum Latinorum ponuntur. Quint. Est & bibaculus alter, cuius meminit Cæsar in commentariis.

Bibaga, insula est Indiae, ostreis & conchyliis referta, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 21.

Bibaſtus, ΒΙΒΑΣ, urbs Thraciæ. Steph.

Biberius, Tiberii agnomen per derisum, propter nimiam vini aviditatem.

|| Bibesia, Fest. Perediam & bibesiam finxit sua consuetudine, cum intellegi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Locus est in Curcul. act. 3.

Bibiana, virgo Romana & martyris sub Juliano, quæ unà cum parentibus martyrum corpora sepeliebat, sepulta est apud palatium Lucinianum. Author est Volarerr. lib. 3.

Biblia, sive (ut alii vocant) billia. Uxor Duellii Romani, qui primus Römæ ex navali certamine triumphavit: quæ tantæ pudicitiae fuit, ut illo seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. De hac memoria proditum est, quod quum Duellio in iurio quodam oris graveolentia objecta esset, cōque nomine à viro accusareretur, quod vitii eius ipsum nunquam monuissest, bibiam respondisse, id quidem se facturam fuisse, nisi viros omnes credidisset ita olere.

Bibliæ, orum, plur. numer. ΒΙΒΛΙΑ, libri, quo nomine Libri sacri per excellentiam appellantur. Sunt namque, teste Chrysost. hom. 9. in epist. ad Coloss. salubria animæ pharmaca, quæ (ut Basilius ait in comment. super psalm. 1.) similia sunt medici officinae, è qua quisque petere possit aptum suo morbo remedium. Quare & Irenæus lib. 1. contra Valent. comparavit biblia arboribus ligni Paradisi. De omni, inquit, ligno Paradisi manducate, id est, ab omni Scriptura divina manducate.

Bibliographus, ΒΙΒΛΙΟΓΡΑΦΟΣ, Librarius, παραγόντες βιβλία, καὶ γράφων.

Bibliothecarius, qui codices servat.

Bibliolathas à Demetrio Trozenio dictus est Didymus Grammaticus: quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit. Vide Cal. lib. 19. cap. 9.

|| Bibliopegus, ΒΙΒΛΙΟΠΕΓΟΣ, qui libros compingit. Ciceroni glutinator. ||

Bibliopola, librorum venditor. } ΒΙΒΛΙΟΠΟΛΙΣ, GALL. Libraire, vendeur de livres. ITAL. Librario, venditore de libri. GERM. Ein buchhändler/ ein buchhandler/ der da bucher verkauft. HISP. Librero. ANGL. A bookseller, a stationer. } Mart. Non habeo: sed habet bibliopola Tryphon. Plin. iunior. Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tanto libentiū ex literis tuis cognovi venditari libellos meos. Componitur autem ex βιβλίοις, quod est liber, & πωλῶ, vendo, per a in prima.

Bibliotaphi, ΒΙΒΛΙΟΤΑΦΟΙ, ab eruditis appellantur, qui ut soli sapere videantur, librorum aliquid insignium naeti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, velut in sepulchro quodam inclusos asservant.

BIBLIOTHECĀ, } ΒΙΒΛΙΟΘΕΚΑ, τὸ βιβλίον bibarim. Εἰς τὴν βιβλιοθήκην. GALL. Librairie, estude, chambre aux livres. ITAL. Libraria. GERM. Ein buch-rey/ ein ort daman die bucher bey einander behält. HISP. Libreria.

ANGL. Librerie, a studie, a great number of books. } Tam librorum per se magnus numerus, quam locus ubi libri sunt, appellatur, ut ait F. stus, & Ulpianus in l. librorum 52. §. 7. D. de legat. 3. Cic. ad Sulp. Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, quum multis libros surripuerit, &c. Latinis Libraria dicitur. Gel. Forte in libraria ego, & L. Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, confederamus. § Est & bibliotheca titulus, sive inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominavit.

Plin. in Praemio operis. Apud Græcos desit nugari Diodorus, & Bibliothecas historiam suam inscriptis. Bibliothecæ (ut scribit Vitruvius) ad Orientem spectare debent. Usus enim librorum matutinum expostulat lumen.

Bibliothecalis, e, quod est bibliothecæ: ut apud Mart. Bibliothecalis copia.

|| Bibliothecarius, qui bibliothecæ præfectus est. ||

Biblina, ΒΙΒΛΙΝΑ, Thraciæ regio, vino generoso insignis, quod Biblum ab ea appellatur: tametsi alii à biblia vite appellatum malint. Demus autem D. lius biblum vinum, Naxium interpretatur, co quod Biblus Naxi insulæ fluvius sit. Vide Steph.

|| Biblio, vide libro.

Fiblūs, ΒΙΒΛΙΟΣ, fœmin. gener. iuncum significat, item Ægypti arboreum, quæ & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autem ad navigia uterantur. Lucan. lib. 3.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos

Noxerat.

§ Est etiam Naxi insulæ fluvius, à quo nonnulli Biblum vinum nominatum putant. Vide supra in dictione Biblina.

BIBO, is, ibi, ibitum. Potum hauro, humorem attraho. } ΒΙΒΟΣ schatāh, ΒΙΒΟ. GALL. Eoīs. ITAL. Bere. GERM. Zinten. HISP. Eeuer. ANGL.

To drink. Plaut. in Stich. Vide quot cyathos nos bibimus. Cedò ut bibam. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Bibite, per græcamini. Este. Idem Most. sc. 1. a. 1. Date illi quod bibat. Ibid. sc. 4. a. 1. Monstra quod bibam, tuam qui possun perpeti petulantiam. Idem Men. sc. 1. a. 5. An iste ubi bibisti (de ebrio.) Idem Amph. sc. 1. a. 2. Mihi decretum est bibere aquam. Idem Aul. sc. 1. a. 3. Metuo malum marorem ne mixtum bibam. Idem sc. 4. a. 1. Agite, bibite fores, potate. Ibid. Cnr. sc. 1. a. 1. Et foribus dat aquam quam bibant. Ibid. sc. 3. a. 1. Bibit arcus, pluet hodie (de lena.) Idem sc. 2. a. 1. Calidum bibunt. Ibid. sc. 3. a. 2. Rape, clepe, bibe, & fuge. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Bibenda fuligo lucubracionum. Quia. Hinc ille iustitia haustus bibat. Idem. Da nunc, bibat ordine, dixit Jupiter. Ovid. 5. Fast. Bibat solem cuticula. Juven. Sat. 11. Item, transfertur ad alia: Bibunt succum ingenii nudæ arces. Virg. lib. 11. etiam his junxit, quæ vim attrahendi humoris nullam habent.

Hasta sub exeriam donec perlata papillam

Hæst, virgineumque altè bibit acta cruentum.

Bibere liberaliter, i. largiter. Celsius lib. 4. c. 12. ¶ Bibere etiam accipitur pro auscultare, seu studiosè audire. Horat. lib. Carm. 2. Od. 1. 3.

Pugnas, & exactos tyrannos

Densum humeris bibit aure vulgus.

¶ Invenitur etiam paſſivum hujus verbi bibo in tertia persona. Juven. satyr. 10.

— sed nulla aconita bibuntur

Fistilium.

Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Estur, bibitur dies noctesque. Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. Tusc. Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne sobrius in violentiam violenterum incidat, aut discedat. Haec tenuis Cicer. Hoc Adagio (inquit Erasmus) monemur, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus.

Bibax, & Bibosus, qui est bibendi avidus, vel nimius potator. { שְׁתַחַתְּחֵה, נָבֹה, וּמִנְסָה, וּלְבָגָר. GALL. Grand beveur, qui boit beaucoup. ITAL. Bevitore, cinciglione. GERM. Ein grosser trinker/ ein sauffer / der vil trinkt. HISP. Grande bevedor. ANGL. A great drinker. } Gell. lib. 3. c. 12. Bibendi avidum, P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem, & bibosum dicit. Laberius in Mimo, lib. 1. Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. Bibosus tamen (si Gell. creditus) vocabulum est novum, & à Laberio vocum innovatore confictum. Nomina enim in os, potius fiunt à nominibus, quam à verbis.

Bibatulus, diminutivum à nomine Bibax, qui largius & frequentius bibit, φιλοπότης. Idem nomen fuit Poëtæ, quem Hieronym. in Chronice, Cremonæ natum esse scribit, paulò minorem Cicerone.

Bibatūs, atis, propensio ad largius bibendum. { φιλοποτία. GALL. Bevorie excessive, excez à boire. ITAL. Ecessivo bevere. GERM. Weinsucht. HISP. El habito y obra de mucho bever. ANGL. Great drinking. }

Biber, nomen antiquum neutro genere usurpatum. ↗ πίνει. C. Fannius annalium 8. Domina ejus ubi ad villam venerat, jubebat biber dari. Cato quoque in Originum libris usus est, & Titinius in præl. Date illi biber, iracunda est. Sosipater lib. 1.

Bibesia, æ, vocabulum est à Plauto confictum, pro nimia bibendi avideitate. φιλοπότης, quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & voracitate. Festus.

Bibones, muscæ sunt.

Bibitor, potor. Sidon.

Biblex, duplex. Lege Bilex, vel Bilix.

Bibosus, vide Bibax.

Bibulus, a, um, quod facile sorbet. { שְׁתַחַתְּחֵה, נָבֹה, וּמִנְסָה, וּלְבָגָר. GALL. Qui boit volontiers. ITAL. Che beve volontieri. GERM. Das gern trinkt oder aufsüpf. HISP. Que se passa como papel. ANGL. That sucketh up quickelie, desirous to drink soot. } Virg. ad Messalam.

Inverso bibulam restringens lumen olivo.

Lumen enim bibit oleum, id est, ardendo consumit. ¶ Unde & Bibulorum cognomen dictum est, & Bibula papyrus, quæ sorbet atramentum. Lucanus,

Conficitur bibula Memphitis charta papyro.

¶ Hinc sit Meribibulus, de quo alibi. ¶ Horat. passim dixit, Bibulum Falernum.

Potores bibuli media de nocte Falerni,

Oderunt porrecta negantem pocula.

Bibractæ, Heduorum oppidum est apud Gallos, authore Cæsaré. Hodie Sc. Juanis, hoc est, Burgundis annumeratur. Vulgo Beraune.

Bibracum, urbs Sueviae. Biberach vulgo.

Bibrævis, pes pyrrhichius, Diomedes Grammat. lib. 3.

Bibracum, Daniae urbs. Vulgo Bibrorg.

Bibulus, Collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potius quam re. Cæsar enim solus quicquid visum erat, inconsulto collega, pro suo arbitrio gerebat. Unde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Caio & Cæsare Coll. gestum dicebant. Vide Erasmus in Apoph. Extat etiam apud Tranquillum in vita Cæsaris ea de re distichon huiusmodi.

Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare f. tum est:

Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

¶ Bibulus homo scelestissimus. Gell. cap. 7. lib. 2.

Biceps, Biçlinum, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis. Vide Bis. ¶ Bicerres, δίγραστοι, δίλεποι. Gloss. v. δίγραστοι, est utrinque villosus: δίλεποι est utrinque fimbriatus. Ex bis & cirrus. Bicerres itaque sunt qui lectos habent pilos. ¶

Bicoxum, δίγραστοι. Gloss. à bis, & coxa.

Bicurgium, δικέραστοι. Ptolemaeo Germanæ urbs est, quam Erfordiam vocant.

Bidellium, aqua ex vesicis de ulmo confecta. Lege Viscis, &c.

¶ Bidellus, gymnaſi custos. Alciat. ¶

Calepini Pars I.

Bidini, populi sunt Siciliæ, Cittariis, & Catilini vicini, ut auctor est Plin. lib. 3. cap. 8.

Bidios, βίδος, castellum in agro Tauromitano. Steph.

Biemus, urbs Cretæ. Vide historiam apud Stephan. ubi ait de Viena Gallæ.

Biendium, citerioris Hispanæ portus est, apud Plin. lib. 4. in descriptione citerioris Hispanæ.

Bigargitani, populi sunt Hispanæ in tractu Tarragonensi. Vide Plin. lib. 3. cap. 5.

Bigerones, Aquitanæ populi sunt, apud Cesarem, Tarbellis & Sontianibus vicini.

Bigerra, βίγαρρα Ptolem. Hispanæ civitas est, Setabis contermina, quæ hodie Besar ab incolis vocatur.

Bigeurica, vestis rufa, & villis hispida.

Bigerriga, vestis est Gallica.

¶ Biglator, vigilator. Lex. gr. b.

Biglasticum æs, quod vigiles accipiebant. Idem: ¶

Bileus, βίλευς, fluvius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. 1.

Bilibilis, βίλιβιλις, oppidum Celtiberorum in Hispania Tarragonensi ad Salonem fluvium, optima ferri temperatura nobilis. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, ut ipse multis in locis testatur. Vulgo Calatayud.

Bilbina, urbs Persica. Steph.

Buxifér, ferens buxum. { *μύξας. ANGL. which beneath boxe trees.* }

ut, Buxifer Cytorus, Catullo.

Buxa, sacculus. Arab. est Bazana, sacculus. Meursius corrigit & scribit *buzana.* ¶

Buzzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, *lib. 6. cap. 20.*

Buzeri, gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin. *lib. 6. cap. 4.* Vide *Byzères.*

Euzygeus, mons est Thessaliæ. Plin. *lib. 4. c. 8.*

BY

¶ Byas, *βασης*, bubo.

Bybassus, *βασθη*, Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui *Æsculapium* maris tempestate in Cariam delatum servavit.

Bybe, *βασης*, Thraciæ oppidum apud Steph. cuius incolat Bybi, *βασης* appellantur à Steph. Byblesia, Cariæ regio, ab Isthmo Cnidiorum initium sumens: de qua sic scribit Herod. *lib. 1.* Nam quum initium Byblesia ex peninsula auspicetur, sintque Cnidii propemodum circunlui, eam partem, qua Erebæ spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem vero ymanum, Rhodiumque mare: reliquam frontem, hoc est, Isthmum, qui per exiguae est, nempe quinque stadiorum, Cnidii tentaverunt perfodere.

Byblis, *βασης*, Suidæ, filia Miletii fuisse fertur ex Cyanea nymphâ: à fratre Cauno, cuius amore desperat, repulsa, impatientiâ amoris in fontem sui nominis est mutata. Vide latius totam fabulam apud Ovid. *9. Metam.*

Byblis, *βασης*, Milo, Parva maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Mulos dicta. Arist. *Zephyriam*, Callimachus *Mimallida*, Heraclides *Siphnum*, & Acyon vocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plin. *lib. 4. c. 12.*

Byblus, est Phœnices urbs, Beryto vicina, in qua Adonidis olim insigne fuit templum. Eam tyranno oppressam Pompeius liberavit, illo secundum percuso. Sita est in excelsa quodam loco, non procul à mari. Hæc ex Strab. *lib. 16. hodie Gueta.*

Bycas,

Bycus, Sarmatia Europæ fluvius est, apud Ptolemaeum, qui Pomponio Buges dicitur.

Pyle, βύλη, urbs. Vide Elea.

Byllis, βύλη, apud Steph. Illyrici oppidum est, quod à Ptol. βύλη appellatur: & in ea parte collocatur Macedonia, quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio, ubi & Plin. Bullidensum meminit.

Bymazus, βύμαζος, urbs Paoniae. Steph.

Byne, ex conjectura Cornarii, qui in commentariis in 2. lib. Galeni de compos. medie. secundum locos, hæc scribit: Byne velut nos ex Aëtio vertimus, est hordeum madefactum, quod germe emisit, & deinde una cum enatis ligulis rostum est. His verbis Aëtius planè describit hordei preparationem, quomodo per omnem Poloniæ & Germaniam ad zythum, sive cervisiam, ut vocant, coquendam parare solent. Neque scio alium qui bynem, hunc parandi modum appelleret, vulgo Polonis Stod appellatur, digno literis nomine, utpote cuius beneficio fit, ut Bacchi indignationem ac numen à nostra Polonia aversum mitius feramus. Alludit autem ad bynem appellatio Germanica ipsius cervisia, una enim litera mutata Byre dicitur, sive Bier.

Byrrhia, quem Græci Pyrrhia, nostri Byrrhiam vocant. Terent. Scaur. de Orthogr. & Pyrrhum, Byrrhum.

Byrsæ, { τύπος ἡρ. βύρσαι. GALL. Cuir. ITAL. Cuio. GERM. Læder. HISP. Cuero. ANGL. The hide or shiine of a beast. } Corium ac tergus Græcis dicitur: unde & βύρσαι coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginensium urbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratre fugiens in Africam pervenisset, emit ab Jarba rege tantum soli, quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in minutissimas laminas, tantum loci eo circundedit, quantum arcu exstruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Virg. quum ait,

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,

Taurino quantum posset circundare tergo.

Byrsæ, genus Bebrycum. Steph.

Byssus, { γάντιον buts. βύσσος. GALL. Crespe, fin lin. ITAL. Biffo. GERM. Rößliche vñnd reine leinwoat. HISP. Ciero genero de lino muy detizado. ANGL. Silk fine flexe. } Tenuissimi lini genus, proximam ab asbeto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipue in deliciis erant. Plin. circa Elim Achææ nasci credit: Pollux verò ex India & Ægypto gigni prodidit. Philostratus author est, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gavisus est, quod fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssinus, a, um, quod ex bysso est. { βύσσος. GALL. De creſpe ou de fin lin. ITAL. Che è di tal lino. GERM. Das aufs Fößtlicher vñnd reiner leinwoat gemacht ist. HISP. Cosa de materia de aquel lino. ANGL. Of silk or fine flexe. } ut byssine vestes, quæ lutei coloris erant, & fuligore aurum imitabantur, quanquam postea inventa est ratio byssum quovis colore inficiendi.

Bysalas, βυσαλας, regio juxta Syrtes. Vide Byzantes, in Steph.

Byfaſtria, nutrix, lactens. L.gr.b. ||

Bylus, vel Byſſus, gens quædam. Steph.

Byſacium, Africæ regio. Plin. lib. 4. c. 5. in descriptione Africæ. Vide Byzantium.

Bythos, profundum. Tertul.

Bytza, culex. Lex.gr.b. ||

Byzantes, populi Africæ. Vide Byzantium. De Byzante & Strabone ejus fratre, vide Steph. in Byzopolis.

Byzantium, { βυζάντιον, vulgo Constantinopolit. GERM. Constantinopel.

Turcis Cezoraudem. } Urbs Thraciæ ad ipsum sita Bosphorus: primum à Pausania Spartanorum rege condita: postea à Constantino in majus aucta, & sacri Imperii sede cō translata, ab illius nomine Constantinopolis dicta est. Hodie non sine gravissima orbis Christiani ignominia crudelissimi Turcarum tyranni paret imperio. } Est item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa, quam sic describit Plin. lib. 4. c. 5. Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta milium passuum per circuitum, fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumetum, Rupina, Tapsus. Hæc ille.

Byzantius, a, um: ut, Littora Byzantia. Ovid. I. Trist. Byzantii exiles, Cic. pro domo sua.

Byzǣtēs, βυζαντῖς, Steph. Populi in Ponto, qui Straboni Byzǣtēs vocantur, olim Chalybes; & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flacc. §. Argon.

Byzǣtēsque vagi, Phylireque à nomine dicta
Littora.

Plin. lib. 6. c. 4. Buzeros vocat. } Ab his portus quidam Ponti Buzerǣ
cus, βυζαντῖς ληγελος appellatur: cujus meminit & Steph.
|| Byzion, mamma. L.gr.b.

Byzomachéron, ensis genus. Idem. ||

NOTÆ ANTIQVORVM.

B. Bonus, Brutus, Benè, Balbus.

B. A. bonam actionem, bonis avibus, bonis auguriis, bonus amabilis. B. A. R. A. bona aurea,

BB. bona.

B. C. bonorum confessum,

B. D. bonum datum.

B. E. bona ex edicto.

B. F. bona fide, bona fortuna, bona fœmina; beneficium filiæ, bonum factum, benè fecit. B. F. C. beneficium, beneficit. B. F. C. B. F. C. bona fide contractum, bona fidei contractus. B. F. L. bonorum filius. B. F. P. bona fidei possessor. B. F. R. bona fortuna.

B. GR. bona gratia.

B. H. bonus homo, bona hæreditaria, bonorum hæreditas. B. H. S. I. bona hæc sita invenies.

B. I. bonum iudicium. B. I. I. boni iudicis iudicium.

B. L. bona lex. B. L. B. bonorum liberi.

B. M. bona memoria, bona materia, benè merentis. B. M. P. benè merenti posuit. B. M. R. C. benè mereat cibum. B. M. R. SE. H. benè merentibus serva hoc. B. M. F. benè merita fœmina. B. M. H. E. bona memoria hæc est.

B. N. bona nostra. BN. EM. bonorum emptores. EN. H. I. bona hæc invenies. BN. M. FEC. benè merenti fecit.

B. O. benè, optimè.

B. P. bonorum possessor, bona possessio, bona paterna, bona publica, bonorum possessio, potestas. B. PC. bona pecunia,

B. Q. bona quaſtio, bona quaſita.

B. R. bonorum. BR. SI. bonorum servi. B. R. bonorum rector. BRITAN. Britannicus. B. R. P. N. bono Recip. tatus. BRI. Britannia.

B. S. bona sua, benè satisfecit.

B. T. bonorum tutor.

B. V. benè vixit. B. V. A. boni viri arbitratu. B. V. V. balnea, vina, Venus,



LITERA || est inversum 5 Hebreorum, ejusdem ferè potestatis. Merito autem fecerunt Latini, quod ex semicirculo dextro sinistrum fecerint, quia à lœva initium scribendi ducunt introsum, contrà quām Hebrei. || Cæterū muta est, quæ ante n, sequente vocali in eadem syllaba pónitur, sed profertur sub voce g, ob cognitionem literarum, ut Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones & derivationes in

g, ut Quadrinerti, pro quadrincenti. In s, ut Parco, parsi. In x, ut Duco, duxi. Noceo, noxa. Litera tristis appellatur, quod nota condemnandi esset, quam Prætor in publicis judiciis dare judicibus solebat in tabella cerata scriptam, ut si reus damnandus videretur, eam in urnam conjicerent. C, tertio loco ponitur à Latinis, variato à Græcis & Hebreis ordine. Medium est inter G, & CH. Unius horum cogita natura, facile noris reliquarum duarum. Dum profertur, extrema linguae pars anteriores dentes percudit, fitque ex eo reperciens obtulior sonus. Diversæ regiones diversimodè pronunciant: aliæ ita proferunt, ut magis ad sonum S, videatur accedere: aliæ verò nonnihil de sono G, admixtum habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos est recta elementorum pronunciatione, ut facile percipi potest. Sed diffusius ubi de elemento H, verba fecerimus. Auget hæc litera sonum, & minuit eadem ratione qua & B. In fine dictionis pro-

Calepini Pars I.

ducit syllabam, præterquam in donec; nec, & lac, quæ corripiuntur. } Est item litera condemnationis in judiciis. in uista servis, portata in calceis nobilium Romanorum. Assumpta in dictionibus intendendis, eorumque, eorum: Hunce, hunc. C, autem & M, antiqui nunquam conjugebant, unde Alcumena, Tegumenæ, pro Alcmena, Tecmenæ.

CA

Cabala, Cabalia, occultissima scientia, quam divinitus traditam Moysi cum lege assertunt Rabini.

Cabalistæ, tales professores. ||

Cabalaca, Albaniae in Asia oppidum. Plin. lib. 6. c. 10. Præalent oppida Albanie Cabalaca: Iberiæ Harmastis juxta flumen, &c;

Caballaris, alatis. Sant qui hinc corrigit illud Legum: Excepta magnitudine tua, præsumendi velocis & clabularii cursus, nullus habeat potestatem. Ita ut dicant, caballaris cursus. Sed revera legendum est clabularis: nam Ammianus lib. 20. Cum familiis eos ad orientem proficiisci præcepit, clabularis cursus facultate permissa.

Cabales, καβαλές, populi sunt Lyciæ regionis, quarum Regio Cabalia appellatur: in qua sunt urbes Oenoanda (quæ Strabo Oenoandron vocat) Balbura & Bubon. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herod. lib. 4.

Cabalius marinus, vide Hippocampus.

Cabalis, καβαλίς, oppidum est Cabaliæ regionis Asia, cujus meminit Steph. } Est autem Cabalia Lyciæ pars:

Caballitio, sive Caballatio, nis, in constitutionibus munus aleandi equos publicos, à caballis dicta. Festum authorem habet Alciatus: unde appetit exemplaria in hoc variare.

Caballus, Equus. { οὐοσφ. εἴναις. GALL. Cheval. ITAL. & HISP. Cavallo. GERM. Ein roß/ ein cabal/ ein hengst. ANGL. An horse. } Lucil. lib.2. Succusor terti tardique caballi. Varr. in Parm. Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Senec. epist. 27. O quantum erat, ejus seculi Imperatorum, triumphalem, Censoriumque super omnia, hoc est Catonem, uno caballo esse contentum. Supradixerat Chanterium.

Caballus ab equo distat, quod caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: equus verò semper de apto & probato. Pomponius de fund. instr. l. si ita. Caballus, ait, qui in pistrinis esset, tanquam dicat, malus.

Caballarius, pro equite. Inde Caballarius, a, um, adject. ut, Caballarius exercitus, Caballarius ordo, Caballaria acies, Caballaria gens, apud Mauritum. Ab eadem forma dicimus, Caballicare, pro equitare: hodie apud Hispanos Cavalgar.

|| Caballeton, fulcrum lecti. Lex.gr.b.

Caballico, equito: à caballo. Vox barbara: dicitur autem absolutè, & simul caballicare equum. Leg. Salica, tit. 22. sicut GERM. Reitten. Italicum est cavalcare.

Caballinum, substantivè est stercus. ||

Caballinus, a, um. { λαγός. GALL. De cheval, appartenant à cheval.

ITAL. Di cavallo. GERM. Das zu dem roß gehört. HISP. Cosa de cavallo. ANGL. Of an horse, or belonging to an horse. } ut Caballina caro. Plin. lib. 28. cap. 20. Caballinus fons, est in monte Helicone Boeotiae, quem Pegasus in eo loco saxum feriens aperuit: ιωνικών. Unde & Pegaleus vocatur. Author Strabo. Vide infra in dictione Helicon.

Cabassus, κέρας, vel Cabesus, κέρας, Homero: oppidum Cappadociae: quod tamen alii trans Hemum montem collocant. Appion verò vicum esse ait inter Tarsum & Mezacam. Vide Steph.

|| Cabastion, propugnaculum. Lex.gr.b.

Cabbades, κεράς, κεράς, κεράδης, κεράδης, est veltis, seu chlamys militaris.

Cabbala, קבלת, significat acceptationem, seu doctrinam aliunde acceptam, seu auditam: est enim Hebreis קבלת accipere. Hinc Cabalista dicitur cabala peritus, tanquam à verbo κεράδης. ||

Cabellio, Narboneensis provinciae oppidum est prope Druentiam flumen, Duranse, & Carpentoractem, Carpentras, A. Strab. Cabilio vocatur, vulgo Cavaillon: nunc Civitas Episcopatu decorata.

Caberæ, Protei filia fuisse fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totideinde nymphas Caberides: quibus omnibus dicata fuisse templa, Author est Strab. lib. 20.

Caberæ, Asia fluvius est, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 23. in descriptione Carmaniae.

|| Cabidarius, lapidarius. Gloss. gr. b. ||

Cabiria, κεράς, oppidum citerioris Asiae, quod in habitabant. Sunt & Cabirii Boeotiae populi. Utriusque author Steph.

Cabullinum, κεράς πόλις Ptolom. Sequanorum oppidum est, ad Ararim, quod alio nomine Catalaunum. GALL. Chalons sur Saone, dicitur.

Cabura, ε, fons Mesopotamiae, præter aquarum omnium naturam egregie odoratus: cuius fabulosam rationem reddunt, quod Iuno eo aliquando fecerit perfusa. Vide Plin. lib. 13. cap. 3.

|| Cabus, vox Hebr. כבָּעַר est mensura frumentaria, sexta pars sati, nempe 24. ova. ||

Cabyle, κεράς, urbs in Thracia, ut inquit Polybius.

Caca, || avicula genus, à malitia dictum. Item || soror fuit Caci, quam quidam volunt fratri furtum Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu arâ sacrisque venerari. Sed longè aliter Virg. lib. 8. Æneid. & Ovid. lib. 1. Fast.

Cacabo: Propriè est imitari vocem perdicunt. { καραβίζειτ, λυσίζειτ. GALL. Chanter la perdrix. ITAL. Cantar le starne. GERM. Schreien wie ein rehun. HISP. Cantar la perdiz. ANGL. To singlik à partich. } Ovid. de Philomela (si modò id carmen Ovidii dicendum sit)

Cacabat hinc perdix, hinc garritat improbus anser.

|| Cacabulum, est locus stercoris. ||

Cacabus: Vas æneum, in quo pulmentarium coquimus. { τύρανδη. αἰενι, κεράς. GALL. Chaudiere ou chaudron, marmite. ITAL. Laueggio, calderone. GERM. Ein fessel. HISP. Caldera para coser al fuego. ANGL. A great pan or poottage pot. } Plin. lib. 23. cap. 6. Succus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine. Paul. Iurecons. Inter ahenum quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest. Nam in hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum caelestis. Antiqui enim calidam, & frigidam coenam adhibebant. Apicius, Capita porrorum funul elixabis in cacabo novo, ut aqua ad tertiam defervat.

|| Cacabaceus, panis cacabi odorem referens. Casaub.

Cacabacii, homines garruli, leves. D. Ambr. Tertul. ||

Calacia, κεραλία. Herba est quæ & Leontice vocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida & magna, inter quæ semper dependet ejusdem nominis, minutis margaritis simile. Author Plin. lib. 25. cap. 11. & Diose. lib. 4. c. 108. Officinis Carvi agreste vocatur, teste Ruell. lib. 3. c. 128.

Cacabe, καραβίζειτ. Olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione καραβίζειτ.

Cacempähön, κακόμοθον, vel cacophaton, κακόθαντ. Durior in oratione sonus, ex mala ut plurimum compositione nascens: quale est illud,

Numerum cum navibus aquat.

Item illud,

O fortunatam natam me consule Romam.

|| Huic contraria est Euphonia, διαφωνία.

Cachexia, κεράξια: A medicis appellatur malus corporis totius habitat, quo alimenta corrumpuntur, quod fit quum longo morbo viata corpora, etiam si illo vacant, alimentum ramen in sui substanc-

tiam non convertunt. Qui hoc vitio laborant, Cachectici, κεράξια appellantur.

Cachinno, nis. Persius Satyr. 1.

CACHINNVS: Solutus risus, à sono risus fictum vocabulum. { πνευμα tsechok. κακός ρύγχος. GALL. Ris démesuré, mocquerie, risée à pleine gorge. ITAL. Riso immoderato. GERM. Das unzimlich lachen/kittern/ oder gassen. HISP. Risa con carcajada. ANGL. A roar de laughter. } Juvenalis,

Sed facilis cujus rigidi censura cachinni.

Persius,

In geminat tremulos naso crispante cachinno.

Hinc Seneca præcipit ut risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantum dicitur, sed & de quovis alio sono vehementiore. Catullus,

Procedunt lenique sonant clamore cachinno.

Cachinnum tollere. Sueton. in August. cap. 98. In cachinno effusus. Idem in Calig. cap. 32. & cachinno revocare. Idem in Claud. cap. 43.

Cachinnor, aris, deponens: & cachinno, as, neutrum: Immoderatè rideo. { πνευμα tsachak. κακός ρύγχος. GALL. Rire à pleine gorge ou démesurément. ITAL. Ridere immoderatamente. GERM. Unzimlich/über die maßen lachen. HISP. Reir demasiadamente, ó dar carcajadas de risa. ANGL. To laugh a roar or unmeasurable. } Cic. 5. Verrina. Ridere convivæ, cachinari ipse Apronius: nisi forte existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Lucr. lib. 4.

Quam famula longè fugiant, furtimque cachinnant.

¶ Dicitur & de alio quovis sono vehementiore. Accius, Sæva sonando crepitu clangentes cachinnant. ¶ Cachinare exitium, irridere: verba absoluто, tanquam agente, sumpto, quod satis est familiare.

Cachinnatio, dissolutio risus. { κακός ρύγχος. GALL. Grande risée. ITAL. Riso dissoluto. GERM. Das gassen / das unmäßig unsäglich lachen. HISP. Reir demasiado. ANGL. Unmeasurable laughing. } Circ. 4. Tuſc. Ut ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinatio.

Cachla, Plin. lib. 5. c. 8. Herba est quæ alio nomine Bupthalmus appellatur, quod vide.

Cachryes, κεράς. Sunt oblonga panicularum modo nucamenta, quæ squamatim compacta propendente ramis. Crescunt hyeme, vere desiccant in flaventes squamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiecte, picea, ceterisque id genus arboribus conspicuntur. Vide Plin. lib. 16. c. 7.

Cacia: { טרמְתָה mirmah. κεράς. GALL. Russ, malice, fourberie. ITAL. Astutia, vitiosità. GERM. Bößheit/bößlistigkeit. HISP. Malicia, astucia. ANGL. Malicie. } Græca dictio in Latinorum usu non recepta, quam Cicero vitiositatem interpretari mavult, quam malitiam: quum vitiositas nomen sit generalius, ad omnia vitia pertinens, malitia specialius. Apud veteres malitia inter adiaphora, hoc est, indifferentia, connumerabatur, quasi sit & bona & mala: ut Dolus bonus & malus. Unde apud Plantum dicitur cum laude, Te civem summa omni malitia.

Cacidiræ, inter celeberrimas Scytharum gentes à Plinio ponuntur lib. 6. cap. 17.

Cacidini, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut scribit Plin. lib. 3. c. 8.

CACO, Alvum exono, ventris onus depono, excerno. { חַגְלָוּ besich raghlaw. κείω. GALL. Chier, aller à la selle. ITAL. Cacaro. GERM. Scheisschen/ seine noturst thun. HISP. Cagar. ANGL. To shye. } Mart.

Ventris onus misero (net te pudet) excipis auro:
Basse bibis vitro, carius ergo cacas.

Catatus, a, um. Excrementis foedatus, κατατηχθεὶς. { GER. Beschissen/ jen/ besudelt. } Catullus,
Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, is, desiderativum à Caco. { κατατηχθεὶς, κείω. GALL. Avoir désir de chier, vouloir aller à selle. ITAL. Hazer voglia di andar del corpo. GERM. Scheissern/ einem zuscheyssen not thun. HISP. Aver gana de cagar. ANGL. To have à desire to shye. } Mart. lib. 11. in Vacet. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cacochylæ, sive cacochyma, κακόχυλα, κακόχυμα. Dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt Euchyla, εὐχύλα, & Euchyma, εὐχύμη.

Cacochymia, κακόχυμα, malus succus, seu humor.

Cacochymus, κακόχυμος, malis humoribus plenus.

Cacometrum carmen, id est malè mensuratum.

|| Cacocustumus, malè moratus. Gloss. gr. b. ||

Cacodemon, malus genius. { τύπος schedi. κακόδεινος. GALL. Esprit malin, follet, phantome. ITAL. Spirito noturno, spirito maligno. GERM. Ein böser geist/ ein böß gespenst. HISP. Fantasma que parece de noche, Angel malo. ANGL. An evill spirit. }

Cacoëthès, dictio tetrasyllaba, neutrius generis. { κακόθητος. GALL. Mauvaise nourriture, mauvaise coutume. ITAL. Cattiva creanza, mala consuetudine. GERM. Ein böse gewohnheit/ böse sitzen. HISP. Mala costumbre. ANGL. Evil custome ana maners. } Mala & præpostera consuetudo. Nam κακός malum, & κορό morem, vel consuetudinem sonat. Juvenalis pro ambitione sumpsisse videtur per translationem, quæ quum semel animo insederit, non facile amoveri potest:

— tenet (inquit) insanabile multos

Scribendi cacoëthes.

Hermolaus in Castig. Bud. in Pandect. Politianus Miscel. c. 49. Cacoëthe præterea à medicis appellantur ulcera maligna, quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipso ulceris loco, Galeno teste, ineft malignitas, sanari id prohibens, quum in alijs ulceribus malorum humorum influxus aliunde recipiatur.

Cacogenius, diabolus.

|| Cacopathcia, infirmitas. Gloss. gr. b. ||

Cacotomachus. { κακότομος. GALL. Qui a mauvais estomach. ITAL. Quello che ha debole stomacho. GERM. Der ein blöden und bösen magen hat. HISP. El que tiene estomacho enfermo. ANGL. That hath

an evill stomak or de diseade. { Qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est, ventriculum. Os enim ventriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso ventriculo sumi solet. Cic. ad Tyronem, De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes ejus non proho: jus enim dandum tibi non fuit, quum *καρκίνος* esses.

Cacōsynthēton, *καρκίνωτον*. Mala, seu deformis compositio: ut apud Virg. lib. 9. Aeneid.

Terga fatigamus hasta.

Cacōtechnia, *καρκίνη*. Ars mala interpretatur, & ad perniciem inventa. Quint. lib. 1. cap. 29. Cacotechniam quidam nominaverunt artis pravitatem. Ninia affectatio in aliquo ornatu, seu figura orationis.

Cacozelia, *καρκίνη*. Dicitur mala & indecora affectatio, quoties inscītē virtutem aliquam imitantē, in vitium labimur. Veluti si quis Atticissimum affectans, jejonus fiat & aridus: aut contrā copiæ studens, in ineptam incidat loquacitatem. Cacozelia genere peccare. Quint. lib. 2. cap. 3. Item Sen. controver. 24.

Cacozelus, *καρκίνης*. Ineptus imitator. Suet. in August. c. 86.

Cactus, *κάκτος*. { ANGL. Artichokes, an heare so called. } Herba est, teste Plin. lib. 21. cap. 16. in sola Sicilia nascens, quæ caules habet à radice emissos, & in terra serpentes, quos etiam cactos vocant. Atheneus eam esse credit, quæ Latinis carduus, Græcis cinara vocatur.

Cacubalum, herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis verò, quod strumis medecatur, ab effectu Strumum appellatur. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Ciculæ, Militis servus, fustibus clavibusque ligneis armatus ad tutelam dominorum. { כַּלְעָד נָשֵׁר חֶלִם. } ἡρακλέτης ἀκόλυθος.

GALL. Un goujat d'homme de guerre. ITAL. Ragazzo, servitore, massimamente in guerra. GERM. Ein gwardyfnecht/ ein troßbub.

HISP. Moço, o rapaz del escudero. ANGL. A man of warros slave. } Dicitus δέ τούτο κάλω, hoc est, à lignis quæ ferebat. Plaut. Video caculam militarem me futurum. Harpax Cacula. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. ¶ Unde & Calones dicti.

¶ Caculatum servitium. Fest. ut Aëdilatum, quod notat Scalig.

CACUMEN, Summitas cujusque rei. { ωντροσχ. κρεψφ. } GALL. Sommet ou sommité de quelque chose. ITAL. Cima, sommità. GERM. Ein gipfel/ das oberste theil eines jeden dings. HISP. Cumbre d'altura. ANGL. The toppe or higt of any thing, the ridge of an house. } ut, Cacumina montium, cacumina arborum. Cæsar 7. bell. Gall. Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscessis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus, perpetuae fossæ qui nos pedes altæ ducebantur.

Nunc epula è tenera fronde cacumen erant.

Ovid. 4. Fast.

Exerit è tepida molle cacumen humo (herba.)

Idem Eleg. 12. lib. 3. Trist. & Virg. 6. Aeneid.

dehinc summa cacumina linquunt.

Lucret. lib. 5.

ad summum postquam venere cacumen:

id est, Ad summam absolutionem & consummationem. De artium inventione loquitur, quæ ex parvis initii paulatim ad summum perfectionis fastigium pervenerunt.

Cacuminalē, Acutum reddere. { διπλώσ. } GALL. Faire pointu ou aigu.

ITAL. Far acuto, apuntato. GERM. Spitzig machen. HISP. Encumbrar, d' alçar, d' empinar. ANGL. To make pointed and sharpe. } Ovid. 3. Met.

Dat spatum collo, summasque cacuminat aures;

de Actæone loquitur in cervum mutato.

Cacuminalis, a. um, adjективum. { διπλώσ. } GALL. Aigu, pointu. ITAL.

Acuto, pontuto. GERM. Gespitzt. HISP. Agudo, empinado. ANGL. Pointed, sharped, that hath a sharpe toppe. { Plin. lib. 10. cap. 52. Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigio cacuminata. }

¶ Cacuo. Gloss. cacuere, *παραγλίσσειν*, videtur dici pro coacuere, ut acuere est exhortari: vel simpliciter c, preposito. Vulcan. ait: nisi malis, calare. An autem fortè coacuere *παραγλίσσειν*.

Cacus, Κάκος, filius fuit Vulcani, qui Latium undique latrociniis & incendiis infestabat: demùm Herculis quoque, ex Hispania, occiso Geryone, redeuntis, & apud Evandrum hospitantis, boves noctu cauda traxit in antrum suum: quas cum manè dimittas cerneret Hercules, nec quorsum errassent, scire posset, fortè fortuna ad hoc antrum pervenit: sed quum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit. Abeuntibus autem cæteris, occluse boves aliarum desiderio mugierunt. Hercules igitur auditō mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaque clava iratus recurrit: sed Cacus spelunca fretus, in eadem se abscondit, clausis foribus ingenti lasso. Quod Hercules videns, ad cacumen tendit, & ad extremum dejecto silice, qui antri ori summo incumbebat, intrepide defiliens, Cacum strangulavit, bovesque suas recepit, ut copiosè describit Virg. lib. 8. Aeneid. { GERM. Ein sohn Vulcani der dem Herculi seine rinder gestolen. } Sunt qui affirment hunc Cacum Evandri fuisse servum, qui in eo loco Italiae omnia latrocino & incendio vastaverit, & ob id Vulcani filium appellatum: Ovidius fabulatur illum tricipitem fuisse, quum inquit:

Manilio jacuit fusus tria tempora ramo

Cacus, &c.

Veritas tamen secundum philologos historicos hoc habet, hunc fuisse Evandri nequissimum servum, ac furem. Novimus autem malum à Græcis κάκος dici, atque ita illo tempore Arcades appellabant: postea translato accentu, Cacus dictus est, ut Helene Helena. Ignem autem dictus est vomere, quod agros igne populararetur. Hunc soror sua ejusdem nominis prodidit. Unde etiam facrum meruit, in quo ei per virgines Vestas sacrificabatur. Hæc Servius, enarrans cum Virgilii locum lib. Aeneid. 8.

Hic spelunca fuit vasto submota recessu,

Semihominis Caci, &c.

Cada, atvina. Gl. A. L. ||

Cadamitas, pro calamitas.

Cadara, instituta negotiatio pinguiaria, Axungiaria. Gl. A. L. ||

CADAVER, Corpus mortuum à cadendo (ut inquit Hieronymus) ab eo quod post mortem ceciderit. { Sic Hebrei קְבָרָה nevelah, à radice קְבָר nabál, cecidit: & Græci πτῶμα πτῶμα τοῦ νεκροῦ, cadere, deducunt. ἡ νεκρός, ἡ νεκρός, ἡ πτῶμα. } GALL. Un corps mort, cadavre. ITAL. Corpo morto. GERM. Ein todter Körper. HISP. Cuerpo de animal muerto. ANGL. A carcasse, dead body or coarse. } Cæsar 7. bell. Gall. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, consanguineisque nostri animi fore existimat, si penè in ipsis cadaveribus prælio decertare cogerentur? Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis solo æquatis quandoque dicatur. Sever. Sulp. Ciceroni. Tot oppidorum cadavera projecta jacent. Servius etiam à Carendo deducit. Cadaverum & ruderum gestio, de ruinis aedificii. Sueton. in Neron. cap. 38. Vivum cadaver, ζωντανός νεκρός. Proverbiali figura dixit Sophocles in Antigone.

ἐ τοῖς ἐγὼ οὐνά τὸν τοῦτο, ἀλλ' ἔπεινος οὐνέμενος: id est, Hunc ego vivere haud arbitror, vivum at cadaver judico. In eos dicitur, qui sic vivunt, ut nihil dignum vitâ agant.

CADAVEROSUS, a. um. { νεκράδης. } GALL. Pourri comme charogne, hiedeux. ITAL. Pieno di carne. GERM. Das einem Körper gleich ist. HISP. Così semeljante à cuerpo muerto. ANGL. Deadlie face or contenance, a cruel look. } Quod cadaveris similitudinem habet: ut, Cadaverosa facies, apud Terent. in Heycr.

Cadax, claudus, qui sèpè cadit. Festus Cadax, claudus.

Caddusii, Straboni lib. 11. populi sunt Medizæ, prope Albano & Caspios.

Cadena regia fuit, in urbis modum constructa in montibus Licaonij, ut author est Strab. lib. 12.

¶ Cadesa. Vocabul. vet. habet: Gadesa, scortum. Vide Martin. Lex. philolog. ||

Cadi, orum, apud Strab. lib. 12. Phrygiæ urbs est, quam tamen non nulli ad Myiam pertinere dicunt.

Cadiscus, valculum quo suffragia colliguntur. Græcè καδίσιον, diminutivum à Cadus. } Fuerunt autem duo apud veteres Cadisci, in quos calculos mittebant judges, alterum καδίσιον, in quem condemnationis, alterum καδίσιον, in quem absolutionis calculos projiciebant. Hic καδίσιον, id est, misericordia, vocabatur, in quem αγάνθιον mittebantur: alter γαράτα, hoc est, mortis erat, proprio loco posita. Bud. Com. } Est etiam Cadiscus mons Cretæ. Plin. lib. 4. c. 12.

¶ Cadivus, a. um, qui sponte cadit. Onom. exponit, οὐκατάποτε: ita folia cadiva dicuntur. ||

Cadmitæ, καδμίαι, gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cadmæa, καδμεία, authore Plutarcho in vita Pelopida, arx fuit Thebana: licet non unquam pro ipsa summatut urbe.

Cadmæus, a. um, per tres syllabas, καδμίος: idem est quod Thebanus, Statius 8. Thebaid.

pudeat Cadmea juventus.

¶ Cadmea victoria, καδμίον ἦν, hoc est, Thebanotum victoria: quod proverbii vim habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, ut non ita multum inter sit inter victoris fortem, & victi. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasnum in Adagius. Stephanus author est, ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cadmæis, καδμίη, regio est Achaiæ, è regione Eubœæ sita, quæ postea dicta est Bœotia. Author Thucyd. bell. Pelopon. lib. 1.

Cadmiæ, καδμεία, corpus est metallicum, cuius duo sunt genera. Alterum, quod in rivis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris sunt metalla, idque Cadmiam lapidofam vocat Galen. lib. 9. simpl. Nam revera nihil aliud est quam pyrites ærosus, ex quo excoquitor æs. Atque hoc quidem cadmæ genus etiam Plinio cognitum fuit, qui ejus sic meminit lib. 34. cap. 1. Fit & æs è lapide æroso, quem vocant Cadmiam. Item cap. 10. ejusdem libri: Namque ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur. Festus, Cadmea terra quæ in æs coniicitur, ut fiat aurichalcum. } Alterum est genus cadmæ, quod in ætatis officinis invenitur: idque rursus duplex. Nam quod ex fuligine, sive favilla, quæ ex fornace perpetuè egeritur, lensim colligitur, altioribusque ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhaerescit, Botryitis appellatur, quod uva quandam imaginem representet. Alterum in fornacibus ipsis invenitur supra diphryges, crustæ similitudine: unde & Placitin appellavere. Vide Galen. lib. 1. simpl. & Agticolam de re metallicæ.

Cadmæus, καδμίος, Agenoris Phœnicum regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendam Europam sororem, jussusque sine ea non reverti, desperato reditu, Thebas in Bœotia condidit. Ab hujus nomine ipse etiam Thebæ Cadmææ dicuntur à Cadmo conditore. Propertius.

Quum tibi Cadmea dicuntur Pontice Theba.

Postea autem à Zetho, & Amphione regno pulsus, ad Illyricos secessit, ubi deorum miseratione & ipse, & uxori in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelem, Agaven, Ino, & Autonoë.

¶ Ferunt Cadmum decem & sex literas è Phœnicia in Græciam detulisse α β γ δ ε ζ ι ξ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedem Troiano bello quatuor adiecisse, ξ ο φ χ: & totidem post eum Simonidem Melicum, ζ η ψ ω. Aiunt quoque Cadmum historiam invenisse, & primum prolaicam orationem instituisse. Paulò junior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscriptis Pherecidi. Fertur item invenisse auri metallæ, atque conflaturam. } Est & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluvius fluit. Author Strab. lib. 12, & Plin. lib. 5. cap. 26.

Cadmus, fluvius Cestrinus: vide in Campania.

F, S, Cædmetus

Cadmeiūs, a. u. m. pér quatuor syllabas, καδμίος, ut Ēmon Cadmeius.
Stat. *Thebaid*. 8.

levius Cadmensi Ēmon

Tala rotat.

Cadmeis, idis, sc̄em. gen. patronymicum à Cadmo, καδμεῖς. Ovid. 4.
Metamorph.

Æquora distinguunt summis Cadmeides alis.

Cadmus, item Milesius fuit, teste Suida, Orpheo aliquanto recentior, qui de Meliti origine & rebus Ionicis lib̄os 4. conscripsit. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. lib. 5. c. 26. qui prosam orationem scribere aggressus sit, ut iam fusiūs dictum est.

CADO, is, cecidi, casum, Concidio, labor, corrugio, præcipitor. { Καδνάφαλ. πιπλω. GALL. Cheoir, tomber. ITAL. Cadere, morire, cascare. GERM. Fallen. HISP. Caer, morir, y acontecer. ANGL. To fall. } Cic. in *Orat.* Si semel constiterit, minquam cadet. Ponitur autem cum dativo. Plaut. in *Menach.* Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patria avehit? MEN. Septennis: nam tum dentes mihi cedebant primulū. Plin. lib. 16. cap. 12. Cadunt plurimis autumnō: de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt.

Spes mihi, respicio cùm mea facta, cadit.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Cadendū descendere è fastigio. Senec. cap. 10. de *Tranquil.*

Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas
Languidus in pratis gramina carpit equus.

Ovid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.

Per spes nunc socias, casuraque mœnia Troum.

Idem 13. Metam. Nihil ex illo impetu (doloris) cecidit. Senec. cap. 1. de *consol. ad Marc.*

Sed licet asperiora cadant, spolierque relictis.

Tibul. lib. 4.

— nec illis

Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu.

Ibid. Thebae cecidere. Ovid. 13. Met. Cave ne cadas (de ebrio.) Plaut. Moſt. sc. 4. a. 1. Cadit Sol (id est, occidit.) Gell. cap. 22. lib. 2. Cadere, item mori. Cæsar 3. belli civilis, Ad duorum millium numerum ex Pompeianis cecidisse reperiebamus. Virg. 1. Æneid.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra,

Id est, occidetur, stabilitur, immolabitur. Oriri & cadere (de stellis) contraria. Ovid. 1. Fast.

Quis vetat & stellas, ut queque oriturque caditque,

Dicere?

{ Cum præpositione ab. Plin. lib. 16. c. 18. de avibus, Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cicero per adverbium dixit, Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non potest. } Cum præpositione De. Idem de Fato. Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. { Cum præpositione Ex. Plin. lib. 7. cap. 20. Perfringi solū debet supra ex Novembri mense in Februario: quo solutæ sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Habet hoc verbum multas egregias & venustas translationes, locutionesque. Terent. in *Adelph.* Laudat te audit libenter: facio te apud illum Deum: Virtutes narro. CTES. meas? Syruas: homini illicò lachrumæ cadunt. Quasi puer, gaudio. Virg. Ecl.

Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbrae.

Idem. Cadit & Ripeus justissimus: pro Occidit, moritur. { Cadere in suspicionem, in cognitionem, in deliberationem, in offenditionem, pro Incidere, venire. Cadere victoriā. Quint. Cadere causā, vel à causa: pro Amittere litem. } Cadere formulā. Quint. cap. 6. lib. 3. & Senec. epist. 39. pro rem ipsam per formulas non recte explicare. { Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro frangi, debilitati, opprimi, perire. Et Cic. in *Orat.* Quod verba melius in syllabas longiores cadunt, pro terminant, desinunt. Idem ad Atticum: Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimum civium deserco, cadendum in unius potestatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta est metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus feliciter cadere dicebatur, quum in summitate Venerem, hoc est, numerum septenarium ostenderet, aut etiam seniorem. Contrà: sinistrè, vel infelicitate cadere dicebatur, quum unionem, quem illi Caniculan vocabant, in summo latere ostenderet. { Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. Cic. ad Attic. Nihil mihi felicissimū cadere potuit. } Cadere in cursu. Idem lib. de clar. *Orat.* dixit pro eo quo. l est, experita laude frustrari. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus pedibus, aut equis currentium. { Non cadit in aliud tam absolutum opus, id est, non potest ab alio tam absolutum opus perfici. Plin. lib. 3. c. 10. Cadunt in malos omnia scelerā. Quintil. Plin. lib. 7. cap. 3. Si cadit in sapientem animi dolor, qui profecto cadit. Cic. de Amic. id est, si sapientis est dolere. Idem in *Orat.* Iambus enim & dactylus in versu cadunt maximè, id est, convenienter. { Hujus composita sunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercedo, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. } Derivativa sunt, Casa, Caso, as, & Casito, de quibus intrà.

Cis̄us, us, propriè idem quod ruina, à cadendo. { Κατέληπτο mappéleth, κατέkeri, την edb. κατώσ. GALL. Cheute, ruine, cas, fortune. ITAL. Cosa, fortuna, ruina. GERM. Ein fal/ oder glücksfal. HISP. Cosa, fortuna, ḡ cayda. ANGL. A fall, chance or fortune. } Curtius, Inopinato thedæ casu oppressus. In ejus diei casu. Cæl. 1. de bell. ciu. Nimium fortunæ casibus permittere. Suet. in Tib. cap. 19.

Illa meos casus aggravat, illa levat.

Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Trist. { Interdum idem quod fortuna, vel inopinatus eventus. οὐρανούς τόπο, Cic. de Amic. Ut si in ejusmodi amicitias ignari casu aliquo incidenter. In ejusmodi casu, ut vulgo dicitur, en ce cas là. Celsus septissimè utitur, ut lib. 6. c. 6. In ejusmodi casu prima omnium sunt quies, & abstinentia. } Modò calamitas & infortünum, τυρκους. Virg. 2. Æneid.

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.

{ Casus temerarius à Græcis ωτρόνγρος dicitur: à Cicerone Temeritas. Item casus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam cadunt effigiem. Casus nominandi, & rectus casus. Gell. cap. 5. lib. 2. Casus interrogandi, quem Genitivum Grammatici vocant. Ibid. cap. 25. lib. 13. Casus rectus & vocativus. Idem lib. 14. cap. 5. Casus interrogandi & genitivus. Idem cap. 25. lib. 13. Inclinare in casus. Vide Inclino. } Hinc etiam veteres Cascalum, antiquum dicebant, quasi jam cadentem. { Casus victoriae. Salust. Jugurth. 72. maximè sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoris inventurum. Casus item Latinus dicitur sextus Ablativus, quo Græci carent, cujus vis apud Græcos per genitivum explicatur. Sic appellatur à Varrone, authore Diomedē Gram. lib. 1. }

Casualis, τωλυγός, ut, Casuales declinationes, apud Probus: & Casualis forma, apud Diomedem Grammat. lib. 1. In singulari numero nominum formæ casuales sunt sex.

Cadreima, καρπευα, urbs Lyciae, Olbiorum colonia, ηραλωδίτην δι σύρη Φιλιππού ή πόλις Stephan.

Caso, as, are, frequenter cado: à quo fit aliud frequentativum Casito, as. { πολλακις, η πολλακις πιπλω. GALL. Cheoir souvent; cheoir dru & men. ITAL. Cadere spesso. GERM. Städtig fallen/ Offt fallen. HISP. Caer muchas veces. ANGL. To fall often. } Paul. Iurecons. de servit. urb. predior. l. servitutes: Si antea ex tegula casitaverit stillicidium, postea vel ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest. Legit cassitare, & cassitaverit, ut ibid.

Casuri, ε, { πιπλω. ANGL. Falling. } Casus, seu cadendi actus. Hieron. Totum amisit in casura, quod erat ædificatum in fabulo.

Casurus, Particip. à cado. Cic. ad Senatum, lib. 15. Quid casurum sit, incertum est, id est, eventurum. Apud Ovid. 1. Amor. eleg. 15. nomen nullo tempore casurum, pro perpetuo nomine.

Caducus, a, um. Fragilis, mobilis, mortalis: à cadendo. { πλάσμα. }

GALL. Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadence. ITAL. Caducco, mortale, fragile. GERM. Hinfallig/ zerbrüchlich/ zerenglich. HISP. Debil, que ligeramente puede caer. ANGL. Falling into decay, which falleth which do not last. } Item Caducus dicitur is, qui morbo eo laborat, qui hominem cadere facit. Firmicus lib. 7. Si luna in horoscopo fuerit inventa, stultos, lento, fatuos & caducos efficiet. Plin. lib. 17. In drupis quoque, quæ mærescentes tunc sunt præcipue caducæ, id riguis magis evenit, etiamsi non ceciderint, fastidiendis. Caduca & decocta poma (i. nimium matura.) Gel. cap. 11. lib. 1.

— Zephyri verbacaduca ferunt.

Ovid. epist. Saph. Nec fronde caduca carpitur laurus. { Quandoque caducus mortuus dicitur. Virg. lib. 6. }

Hinc multū fleri ad superos, belloque caduci Dardanida.

{ Caduca hæreditas dicitur, & caduca bona, quæ ab eo cui jure debebantur, in alium ceciderunt. } Caduca auspicia veteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, veluti de manu virga: ita Fest. { Caduce literæ, γέραμψ δογατάλων, quæ obscuriores sunt, & visum propemodum fugiunt. Plin. lib. 12. c. 12. Scabritia levigatur dente, conchave, sed literæ caducae fiunt. } Caduca aqua Frontino dicitur, inquit Bud. quæ de lacu abundat. Sic Varro: Caduca aqua, quæ de canalibus defluit, hoc est, quæ superfluit, & non continetur, i. abundant. Ovid. verò 2. de Ponto, eleg. 7.

— utque caducis

Per emeritrebri saxa cavantur aquis.

Id est cadentibus.

Caduciter, adverbium antiquum, teste Nonio: idem significans quod præcipitanter, { περιπτώς. ANGL. Rashlie. } Varrō, Frigidos nimbos aqua ista caduciter ruentes pertinuerunt aquatiles querquedulae nantes. Nonius.

Cadivus, quod per se cecidit. { οὐρανότατος. GALL. Qui cheoit aisement, & de luy mesme. ITAL. Caduto da per se. GERM. Das von im selbs hinfelt. HISP. Cosa que de por se si cae, como fruta. ANGL. That falleth by the self, transitorie. } unde Cadiva poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed sua sponte in terram cecidere: & Cadiva folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiva separari, stramentis storiis, paleisque sterni.

Caducarius, ad quem pertinent, quæ cadunt, defuncto aliquo, cui non est qui succedat. Gloss. Isid. Est is qui succedit in bona ejus, qui haeredem non habet. Gloss. Turneb. lib. 28. c. 5.

Caduceator, Legatus pacem petens. || Vide Caduceus.

Cadaceus, & Caduceum, Mercurii virga fuisse fertur, qua ille ad dissidia & discordias tollendas utebatur: à cadendo dicta, quod contentiones & bella cadere faciat. { καρπευος. GALL. Une verge blanche que portoient ceux qui alloient en ambassade pour la paix, ITAL. Una verga picciola che portavano gl'ambasciatori & mediatori di pace. GERM. Ein Heroldsstab. HISP. Vara del Embaxador. ANGL. A rohite roand which messingers or ambassadours that goesh for peace do beare. } Nam quemadmodum per Féiales bella indicabantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immiterò itaque Mercurio, qui orationis deus, & deorum nuntius habebatur, assignatum est caduceum, quod dissidentium animi oratione præcipue sedentur. Caduceum Ægyptii in speciem duorum draconum matris & foeminae figuraverunt, qui parte media sui voluminis, nodo quem Herculeum vocant, sibi alligantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula jungunt. Hanc virgam Apollo dicitur invenisse, & Mercurio donavisse, lyra vicissim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manutenens in Arcadiam proficeretur, duos serpentes pugnantes invenisse, virgaque interposita, dicto citius prælium diremisse. Ad cujus rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, qua etiam in palæstra, reliquisque certaminibus tollendis usi sunt. Caduceus. Varro lib. 3. de vita pop. Rom. { Hasta caduceum δέργη κηρίνος. } Dicitur solitum quoties aliquis simul

& minaretur, & ad concordiam invitaret. ¶ Caduceator dicitur Legatus qui pacem petebat: à caduceo quem manu gestabat. Oratorem cum Caduceo etiam appellat, Liv. lib. 4. d. 5. Oratores cum Caduceo mittit. { τύχης. κέντρον. GALL. Ambassadeur de paix. ITAL. Ambasciatore. GERM. Ein Herold fridbott. HISP. Embaxador. ANGL. An Ambassador of peace, an herald. } Cato, Caduceatori nemō homo nocet. Gell. 6. bell. Pun. Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, &c. Fest. Caduceatores Legati pacem petentes.

Caducifer, nomen quo Mercurius vocatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidem numerum instituisse, quod Maia mater ejus illarum numero esset: ac non multò post deprehensus fuisse ab Apolline boves suas abigeire, quod facilius veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram à se primò inventam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dedisse, quam quum manu tenens in Arcadiam proficeretur, inventos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo viso virgam interposuisse, & dicto citius pœnum diremisse. Qua re conspecta, hujusmodi virgam pacis gratiā creditum est constitutam. ¶ Unde factum est, ut legati pacis Caduceatores dicerentur, posterique, ejus rei exemplo, Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine ubique affinxerint. Hujus virgæ potestatem describit Virg. Aeneid. 4.

Tum virg am capit, hac animas ille evocat Orco,
Pallentes alias sub tristia Tartara mittit,
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.
Illā fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.

Cadueni, Sardaniæ jurisdictionis in Caria populi, ut author est Plin. lib. 5. cap. 29.

¶ Cadula, orum, guttae quæ cadunt ex pingui carne, quum assatur, vel etiam ex aere. Vet. Vocabul.

Cadum, vide Cado. ||

Cädüricum, { GERM. Ein Krämersdecke. ANGL. An cartaine, a quile, a vail. } Tentorium, sive culictra, quæ merces teguntur: à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culictris. Iuvenalis,

Institor hyberna tegetis, niveique cadurci.

Sunt qui putent esse vela illa pensilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam regimen quoddam quadratum, quale est illud, sub quo principes in solemnioribus pompis vehi videmus. Iuvenal.

— violato pœna cadurco.

¶ Cadurcum, item vas illud quod ex piscina & puteo aquam haurit, jumento rotam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam urbibus, per quos aquæ pluviae cisternas impleant. Hæc Valla in Raudensem.

Cadurci, καδύριον, Galliæ Aquitaniciæ populi. Plin. lib. 4. c. 19. Vulgo Cahors.

¶ Cadurda, labra pudendi muliebris, vel sponda lecti. Gloss. Isid. || Scribe, Cadurca. Vide Iuvenalis Scholia ad illud sextæ:

— violato pœna cadurco.

Et ad illud septimæ:

Institor hyberna tegetis, niveique cadurci.

Cädüs, { τύραννος. καδύρη. GALL. Un tuy, un tonneau. ITAL. Barile, botta. GERM. Ein rohnsfaß. HISP. Barril de vino. ANGL. A wine vessel, a pipe, a barrel. } Vas vinarium, quo vinum conditur, ut vult Acron, cuius prima corripitur. Martialis,

In Vaticanis condita musta cadi.

Continet congios decem, vel (ut alii volunt) duodecim. Iubebo cadum vini veteris ad me afferri. Plau. Aut. sc. 5. a. 3. & Asin. sc. 3. a. 3. Primi in Alpibus rusticis cados lignos circulis cinctos excogitarunt. Cadus ferreus, lebes, seu cacabus.

Cadusii, καδύριον, Asiae populi, inter mare Caspium, & Pontum. Strabo lib. 12.

Cadytis, urbs Syriae maxima, Herodoto lib. 2.

Cæti (quod hinc pro insulæ nomine corruptè legebatur) vide Cea.

Cæciæ, κακίαι, ventus qui ita flare dicitur ab Aristotele, non ut nubes propellat, sed ut ad se vocet. Flat inter Aquilonem & exortum Äquinotiale. Plin. lib. 2. c. 47. Narrant in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc vide multa apud Erasmo. in Adagiis.

¶ Cæcigena, κακογένες. Lex. v. Et Lucr. lib. 2.

— cæcigeni, solis qui lumina nunquam

Appexere.

Vide infra, Cæcigenus.

Cæciliæ, genus serpentis cæti, unde & nomen accepisse videtur. { ANGL. A Solvo worm being blinde. Colum. lib. 6. c. 17. Est & magnorum animalium noxiū virus. Nam & viperæ, & cæciliae quum pæcua bos improvidè supercubuerit, lacessita onere morbum imprimet. Vide ejusdem cap. 17. lib. 6. } C. Cæcilia, uxor Tarquinii Prisci, malior mortum integritate laudatissima, ut scribit Volaterranus. || Cæcilia, Lex à Q. Cæcilio dicta. ||

Cæcilius, Epirota, libertus Attici Equitis Romani, ludum Grammaticæ Roma aperuit. Primus dicitur Virgilium, & alios poëtas novos prælegere cœpisse: quod etiam Domitii Marsh versiculos indicat, Epirota tenellorūn nurricula vatum. Ex Tranquillo. Hujus etiam meminit Macrobius. ¶ Cæcilius Gallus, in disciplina Juris, atque legibus pop. Rom. nescendis, interpretandique scientia, usu, authortateque illustris fuit tempore Gellii, cuius etiam ipse meminit: dicisque librum scripsisse de verborum significacione, quæ ad jus civile pertinerent. ¶ Cæcilius item Claudio Isidorus, qui C. Asinio Gallo, & Martio Censorino eoss. ad vi. Kalend. Febr. testamento suo edixit, quamvis multa civili bello perdidisset, tamen relinquere servorum quatuor millia cxvi. juga boum tria millia dc. reliquum pecoris clvii. millia: in numerato hs. dc. Author Plin. lib. 33. cap. 10. ¶ Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autem civitas Si-

ciliæ est) Iudeorum religionis seductor, qui Romæ docuit sub Augusto usque ad Adrianum. Scriptit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis & Ciceronis, & alia. Author Suidas. ¶ Preter hos Cæcilius Argyrus, versificator fuit, qui scriptis de pisibus. Author Suidas. ¶ Cæcilius item Statius, poëta Comicus, quem Cicero. ad Attic. malum Latinitatis authorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Enni contubernialis: quidam Mediolanensis faciunt. Decessit anno post Enni: sepultus in Janiculo. Author Eusebius.

Cæcinum, κακίνον Steph. Oppidum in finibus Italiz, inter Locros & Reginos, à Cæcino vicino amne ita appellatum.

Cæcinus, κακία, fluvius in finibus Italiz, qui Reginum agrum à Lorenzis dividit. Plin. lib. 3. c. 10.

¶ Cæcubus, a, um: unde Cæcubi agri, Cæcubæ vites, Cæcubum vinum, Plinio: à loco in Campania, lib. 3. c. 5. ||

Cæcubum, κακίον Straboni, vinum generosissimum: sic dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plin. lib. 4. Scitini & Cæcubi obtenduntur agri. His junguntur Falerni, Caleni, Mart. lib. 13.

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amielis,

Vitis & in media nata palude viret.

Cæcus, oculis captus, visu carens. { τύριον οφλές. GALL. Aveugle. ITAL. Cieco. GERM. Blind. HISP. Ciego. ANGL. Blinde. } Cæcum crimen. Livius lib. 5. d. 5. Cæcus animi. Quint. cap. 16. lib. 1. & Gell. cap. 13. lib. 12. ¶ Quandoque idem est quod insidiosus, occulte malus, latens, tacitus, qui videri non potest. Col. lib. 1. Ex quibus sepe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cic. contra Rullum, Cur hoc est tam obscurum atque cæcum? Idem de Orat. Res cæca, & ab aspectus judicio remota. Sic Virg. etiam Vada cæca, & Cæcos scopulos vocat: qui ita sub aquis occultantur, ut oculos fallant. Transfertur etiam ad animum, ut quum aliquem Cæcum esse avaritiæ, furore, amore, aut odio dicimus. Cic. pro Sexto Roscio, Ipsos cæcos reddit cupiditas, atque avaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. ¶ Vestigia quoque cæca dicuntur, quæ in obscura, aut incognita via versantur. Vig. 6. Aeneid.

Cæcuba regens filo vestigia.

¶ Item locus cæcus dicitur, in quo non videmus. Cæcæ fossæ, cæci aditus, qui sunt obsepti. ¶ Cæcum vallum, in quo præacuti pali affixi herbis, vel frondibus oculuntur. ¶ Item Cæcum intestinum, quod inter ileon, & colon situm, parvo oblongo que ventri suum est: cæcum appellatum ab eo, quod ingressum exitui adversum non acceperit, sed hos tam vicinos habeat, ut plerumque in unum coire, & exitu carere videatur. ¶ Vel cæco appareat: proverbialis hyperbole frequens apud autores, de re vehementer perspicua. ¶ Cæcus cæco dux. τυριός οφλές ὁδοὺς. Adagium Evangelicis quoque literis celebratum, quo uti licebit; quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusio ad proverbium M. Tullius lib. de finib. ult. Cæci præscriptio, τυριός οφλές μαρτιάλιος, dicitur absurdia: quoties ipse qui præscribit, non intelligit quid dicit. Socrates apud Platonem in Theateto. ¶ Hunc protinus simile est, Cæca speculatio, κακοκομία. ¶ Neque cæcum ducim, neque amitem consultorem, μήτε τυριός οδούς, μήτε μάρτιον, εἰσεγένοντο, subaudiendum, adhibeas: Disce, sed à doctis: Consilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo? τι τυριός κακόπτε. Citarunt à Stobæo versiculos ex Epicharmo, οὐ τὸν κακόπτεντον εἰ τυριός νομίζει; id est, Luminibus orbo cum speculo quid est rei? Quorum opus est libris illiterato? quod regnum juveni stulto? quod divitias ei qui nesciat uti? ¶ Cæca dic emere aliquid, Plaut. Pseud. a. 1. sc. 3. Eme die cæca herclè olivum, id vendito oculata die: id est, eme non præsentē pecunia, sed in diem pacta: revende pecunia præsentē. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus: nam cæca sunt non tantum quæ non vident, sed quæ non videntur & absunt. Erasmus in Chiliad.

Cæculus, diminutivum à Cæcus. ¶ Est & nomen proprium filii Vulcani: hucus mater quum iuxta ignem sederet, fortè fortuna scintilla quædam in ejusdem gremium evolayit, ex qua mulier concepit, perperque filium, quem postea ob oculorum parvitatem Cæculum vocavit: à quo Cæcilius ortos putant, quorum familia Romæ nobilissima fuit. Hic collecta multitudine, postquam diu latrocinatus esset, Prænestinam civitatem in montibus condidit: & quum ad ludos vicinos populos invitasset, cœpit eos admonere, ut secum habirarent, & pro gloria jactare se filium Vulcani. Quod cum illi non crederent, invocato Vulcano ut se filium comprobarer, omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto commoti omnes, simul habitaverunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hæc Servius in illud Virg. lib. 7. Aeneid.

Nec Prænestina fundator defuit urbis:

Vulcano genitum pecora inter agrestia regem

Inventumque foci, omnis quem credidit atas

Cæculus, &c.

Cæctas, is, Privatio visus: tam ad corpus, quam ad animum referunt. { τύριον οφλέων. τυριός. GALL. Cecité, aveuglement. ITAL. Cæcità, l'essercieco. GERM. Blindheit. HISP. Ceguadad. ANGL. Blindness. } Cic. de Aruspic. respons. An tibi luminis obesset cæctas plus, quam libidinis? Idem pro dom. sua, Pœna omnis oculorum ad cæctatem mentis est conversa.

Cæctenius, qui cæcus natus est, { τυριός. GALL. Aveugle né. ITAL. Nato cieco. GERM. Ein geborner blinder. HISP. Nacido ciego. ANGL. Borne, blinde. } Lucr. lib. 2.

Nam quum cæctenius, S. lis qui lumina nunquam

Appexere, tamen cognoscant corpora tactu.

Cæco, as, Cæcum facio, excæco. { τύριον οφλέων. τυριός. GALL. Rendre ou faire aveugle. ITAL. Acciecare. GERM. Blind machen/Blenden. HISP. Cegar à otro, hazer ciego. ANGL. To make blinde. } Plin. de viris illustrib. Potios Herculis sacerdotes pretio corrupti, ut sacra

sacra Herculea servos publicos edocerent: unde exētatus est. Cic. 4. Ph. ip. Sed spes rapiendi, atque predandi cæcat animos eorum. Idem pro domo sua, Argenti & supellestilis mete cupiditate esse cæcatum. Cujus composita sunt, Exētaco, quod est valde, seu perfectè cæco. Plin. Ut quem lavatur, si oculos attingat, exēcerit. Obētaco, de quo infra.

Cæcua, Gloss. Cæcua noctua: quia lucem fugit, tanquam cæca esset. Apud eund m., Cæcuma noctua.

Cæcūtio, is, Parum video. { αὐτοῦ νόσος. GALL. Eſtre aveugle, ne voir goutre, ou ne voir pas clair. ITAL. Veder poco, ejer bornio. GERM. Obel oder nur ein wenig sehen, ein blöd und abnennend gesicht haben. HISp. Egard cæguejar. ANGL. To be dimme sighted, to see bot à little or not clearlie. } & Cæcūtiens, quasi semicæcus. Varro. Utrum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi servos in armis contra Dominos? Apud Nonium.

Cæculto, as, Obtulsum visum abeo, cæcos imitor. { αὐτοῦ νόσος. GALL. Ne voir pas fort clair, avoir les yeux comme éblouis. ITAL. Veder poco, contrasare i ciechi. GERM. Ein blöd und schwach gesicht haben. HISp. Contrahazer a algun ciego. ANGL. To be dimme in sight. } Festus, Cæcultare est cæcos imitari. Plaut. Numam oculi cæculant: estne hic noster Hermio?

Cædīcūs, vir ditissimus, cuius meminit Virg. lib. 9. & 10. Aeneid. Cædītūc tabernac, dicta sunt à Cædīcio quodam, qui eas in via Appia ædificavit.

Cædo, is, cecidi, cæsum, activum: Percutio, ferio, verbero. { חַכְהָה. מִתְפַּעַל, מִתְפַּעַל, מִתְפַּעַל. GALL. Frapper, couper, trencher, tuer. ITAL. Percutere. GERM. Schlagen / streichen. HISp. Herir o matar con hierro. ANGL. To beat, to whippe, to cut, to strike, to kill. } Terent. in And. Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. Interdum idem quod amputo, præcido. Cic. 3. de Divin. Arbores simul cum luna senescente tempestivè cædi. Et paulò post, Qui robur illud cecidit, dolavit, inscripsit. Cædere frondem, i. stringere, colligere amputando, vel deradendo. Cato de R.R. Frondem populam, ulmeam, querneam cædito. Saginam cædere, translare, quia fronde saginabatur pecus. Plaut. in Moſt. Este, effercite vos, saginam cædite. Item Occido. Virg. 2. Aeneid. Cæduntur vigiles. Ponitur quandoque pro immolo, sacrifico, ut apud eundem, Cædunt binas de more bidentes. Cædere agnum Iunoni, i. immolare. Gell. cap. 3. lib. 4. Locant cædendos agnos. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Cædendum illius (agnum) conduxi (i. immolandum.) Idem Aul. sc. 5. a. 3. Cædere virgis, vide Virga. Item pro frango. Cic. 3. Verr. Cædere januam saxis, instare ferro. Cædi testibus, apud eundem ad Q. Fratrem, est testium multitudine urgeri, premi, convinci. Hujus composita sunt Absciso, Concido, Circuncido, οὐρανεύειν: Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Sucido.

At Cedo sine diphthongo, cessi præteritum, & supintun cessum facit, multaque significat. { τὸ σαρ. χωρία. Se retirer, donner lieu, ceder, obeyr. ITAL. Ritarsi, dar luogo, accordarsi con alcuno. GERM. Weichen. HISp. Ir, dar lugar libre. ANGL. To give place, to obey. } Nam quandoque cedere significat abire, & locum victori dare, ēx̄i. Cic. Cui quidem exercitus nostri, Imperatoresque celerunt. Ex transverso cedi, quasi cancer solet. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4. Cedendi & abeundi tempus. Gell. cap. 29. lib. 2. Hæc cessere in remedium. Senec. cap. 9. de Tranquill. Quandoque discedere, evitare, atque subterfugere rem aliquam. Plaut. Cedamus imbri. Hinc cedere ira, ἵππος τη θυμού, dare locum ira, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori, εἰς λίαν τὸ ὑπέρ. Cædere in jure, Ius quod habemus, alteri tradere: quod & de jure cedere, dicimus. Cædere item, est in jus alicujus venire: ut, Cedunt mihi ea bona, id est, in jus meum veniunt. Item cum Accusativo, Cedere victoriam alicui, Velleius. Cedo aquam manibus. Plaut. Moſt. sc. 3. a. 1. Cede cerussam. Idem ibid. Cedo mihi tuam dexteram (salutantis.) Idem Cure. sc. 3. a. 2. Et cum accusativo mediante. In Hier. super Matth. Ita siebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. Cædere lite, pro viictum se fateri, & à judicio viictum abire. Item cedere, ponitur pro accidere, evenire. Omnia ex sententia cedunt: In magnopere fortunatos, quibus & rectè, & secus instituta feliciter cedunt. Item Cedere ponitur pro dare. Enn. Salvete optimæ corpora, cedite manus vestras, measque accipite. Pro concede-re, obsequi, non repugnare. οὐρανεύειν. Virg. 2. Aeneid.

Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.

Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem, Cesserit Ausonio si fors viatoria Turno.

Pro incidere. Plaut. Aulul. In hostem absolutus cedas. Inveni-tū & Cedo imperativum: Dic, φίλε, εἰμί: nec habet aliam personam, nisi tantum Cedita pluraliter, habetque primam correptam. Terent. in Andr. Cedò, culum puerum apposuisti hic ante januam? Cic. in Caton. Cedò, quā vestram Rempubl. tantam amisisti? id est, dic. Terent. in Phorm. posuit pro Da: Quin tu mihi argentum cedo? PHOR. Imò uxorem tu cedo. Invenitur Cetera, pro cedite. Nævius, Pro industria ne te regem prognatum, patrem Lycurgum cetera. Ennius in Medea, Salvete optima corpora, cetera manus vestras, measque accipite. Vide Nonium. Cædere dicim, ξεργόν τὸ μέτεργον, inquit Ulpian. significat incipere deberi pecuniam: sicuti Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit, i. cedere diem, D. de verb. signific. Cædere semita. Senec. epist. 65. Cædere è vita, est mori. Cic. de clar. Orat. Hortensius è vita cesserit. Hinc Cessicus tutor dicitur in jure, cui tutela cessa est, & Cessitia tutela, quæ ita cessa in jure & translata est. Item Cessim ire, pro retro cedere, vel retrò redire. Alfenus in l. 52. D. ad leg. Aquil. Item Iustinus lib. 2. Commissio prælio ite cessim, inhibete remos, &c. Hujus verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, οὐρανεύειν, Retrocedo, & Succedo, quæ habent penultimam productam.

Cæsūs, participium à cædo. { καὶ παραδόθη. GALL. Taillé, battu, éte, ITAL. Tagliato, battuto. GERM. Geschlagen. HISp. Cosa herida ó muerta. ANGL. Cutt, killed, beaten. } ut, Cæsis copiis. Cic. ad Brut. lib. 10. Cæsis victimis. Idem ad Attic. lib. 2. Cæsa arbores, Plin. lib. 16. c. 12.

Cæsum, vide Cæsa.

Cælurā, æ, propriæ incisura. { טֶרֶן zamir, טֶרֶן machtsb, בְּשַׁר kétseb, בְּשַׁרְתָּן. GALL. Coupure, talliade, incision. ITAL. Taglio. GERM. Erbarung / beschneydung. HISp. Cortadura, incision. ANGL. A cut, a gash. } Plin. lib. 17. Ante Kalendas Martias crescit ad brumam usque, definitque quum durescere incipit hoc signum, quod tempestivam habet cæluram. Cælura item in carmine dicitur, quum in medio versu vox pronuntiantis quasi inciditur, pedis aliqui-jus principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam dividit: alia Penthemimeris dicitur, sive semiquinaria: alia Hepthemimeris, sive Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. Pen-themimeris est, quum post duos primos pedes superans syllaba invenitur, quæ dictionem terminet, ut,

Arma virumque cano.

Et,

Italian fato.

Habet enim ex quinque dimidium. Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans invenitur: ut,

Arma virumque cano Troia.

Continet enim septenarii medietatem. Trochaica est, quum post duos pedes trochaeus partem orationis perficit: ut, Nil nostri miserere. Bucolica, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis terminans: ut,

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsūrātūm, Succinctè, breviter. { συντόπως. GALL. Succinctement, brièvement. ITAL. & HISp. Succintamente, brevemente. GERM. Beschneydig / kurtz / behaulich. ANGL. Skortlie, in few wordes. } Utuit hac voce Sidonius in epistola quadam ad Claudianum.

Cæsim adverbium, significat cædendo, sive per incisionem gladii. { συργανφοράς, κρατήρας, τριγλίῳ. GALL. Par membres, ITAL. A pezzi, à minuto, à bravo à bravo, à taglio. GERM. Durch schneiden oder hauen. HISp. Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro. ANGL. By cutting in partes or members. } sicut Punctum, ex Αγκυλώψ, pungendo. Liv. 2. bel. Pun. Hispano punctum magis quam cæsim affuetu petere hostem. Colum. lib. 5. Major autem pars operis in vineam ductum potius, quam cæsim facienda est, id est, cum maturitate potius, quam uno impetu. Cessim verò, gemino ss, & sine diphthongo aliud significat: de quo vide infra suo loco.

Cæſlo, nis, verbale, Incisio. { טֶרֶן zamir, טֶרֶן machtsb, בְּשַׁר kétseb, בְּשַׁרְתָּן. GALL. Coupure. ITAL. Tagliatura. GERM. Erbarung. HISp. Cortadura. ANGL. Cutting. } Col. lib. 4. c. 33. Et post quinquennium cæsa more salicti recreatur, atque in pallum formata, ferè usque in alteram cæsionem perennat.

Cæſtūlūm, ii, { ANGL. A handkercherse. } Linteolum erat purum & candidum: dictum quod cædendo ad candorem perveniret, vel quod oras circuncisas haberet. Plaut. in Epid. Linteolum cæſtūlūm. Ex Nonio cap. 14.

Cædēs, is, Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. { πυρ retsach. Φόρ. GALL. Meurtre, tuerie. ITAL. Uccisione, morte violenta. GERM. Todschlag / mord. HISp. Muerte violenta, ó matanza à hierro. ANGL. Slaughter, meurshier, killing. } Cædes propriæ de sanguine & ferro dicitur. Quintil. de-clam. 350. Item Cædes malignorum, Gell. cap. 12. lib. 19. Cicer. in Bruto: Nam quum in sylva ita facta sua cædes esset. Ovid. 13. Metam.

modò vulnera fratrum

Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis image.

Plin. lib. 14. c. 13. Invenimus inter exempla, Mecenii uxorem, quod vinum bibisser è dolio, imperfectam fustæ à marito, cumque cædis à Romulo absolutum. Cædes pro sanguine, ut & Φόρ, crux est atque cædes. Virg. Aeneid. 3.

repidaque recentem

Cæde locum.

Ovid. 4. Metam.

Arborei fætus aspergine cædis in atram

Vertuntur faciem.

Id est, sanguinis aspersione. Hujus diminutivum est Cædicula.

Cædes, de cæsura lignorum, taliumque. Gell. lib. 19. cap. 12. Cur tantam ligni atque frondium cædem faceret, percontatus est.

Cæduūs, adjективum, οὐρανεύειν, ut Cædua sylva, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis, vel ædificiorum usum cæditur. { ὀλορεῖν, ὀλορεύειν. GALL. Taillis, bois taillis, ou de coupe. ITAL. Bosco da tagliare. GERM. Der zuthauen ist. HISp. Bosque que se corta ó pude de cortar. ANGL. A wood that is cut as often as needed is. } Plin. lib. 13. cap. 4. Cæduæ palmarum sylvæ. Servius sylvam cæduam vocat, quæ succisa, rufus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. Contrà, Incidua sylva dicitur, quæ non cæditur.

Cælatura, vide Calo.

Cælebs, generis communis, vir sine uxore, aut mulier sine marito vivens. οὐρανος, οὐρανη. GALL. Qui n'est point marié, sans femme. ITAL. Huomo over dona non maritati. GERM. Das nicht in dem ehelichen stand ist. HISp. Varon soltero, ó muger soltera. ANGL. Chaste, unmarried, that is single. } Dictus cælebs (ut inquit Festus) quod cælo dignam vitam agat, qui contum careat. August. Cælebs qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum: qualia sunt numina in cælo, quæ absque conjugi sunt, si agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælebs non tam pro uxore parentibus, quæ pro castis, & omni venere abstinentibus. Sed propriæ dicitur Cælebs, qui uxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam Cælebs & Maritus contraria sunt. Mart. lib. 2. Corrumpis sine talione cælebs: hocest, corruptis alienas uxores, quum ipse vivas in cælibatu, nec habeas uxorem, quam illi vicissim possint corruptere. Quint. Num

clarus,

Cælarius, an obscurus magistratus, an privatus; civis, an peregrinus; liber, an servus; maritus, an caelebs; parens liberorum, an orbus sit. Cic. de Legib. Cælibes esse prohibento. Inde dicimus, Torum cælibem, & vitam cælibem, aetam in cælibatu. Ovid.

Quæ si non fuerat caelebs te vita deceret.

Cælibem vitam vivere. Gell. cap. 11. lib. 5.

Cælibatus, us, pro vita quæ agitur sine uxore. { *ἀγαύτια.* GALL. Estat d'un homme non marié. ITAL. Il stato di castità ò di non esser maritato. GERM. Der ledig stand außerhalb der ehe. HISP. Soltura de no ser casado. ANGL. Chastitie, singleness, or the estat of one unmarried. } Martialis, Constituit Mercurius pellere cælibatum. Suet. in Galb. cap. 5. Verum amissa uxore Lepida, duobusque ex ea liberis, mansit in cælibatu. Aliis magis placet has dictiones per se, diphthongum scribere, sicut & cælum, & alias ab eo derivatas.

Cælestini, populi Umbriæ sunt, qui à Plin. lib. 3. c. 14. in sexta Italica regione collocantur.

Cælia, potius genus ex frugibus confecti, cuius meminit Plin. lib. 22. cap. 25.

Cælibaris hasta, dicebatur qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, ut sicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro nova nupta esset copulata. Festus.

Cælium, oppidum Calabriæ, non procul à Brundusio, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Cælius, mons urbis Romæ ex septem: à Cælio Vibeno nobilissimo duce Tusco dictus, quod Romulo adversus Latinum regem cum auxiliis venerit: à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta. { GERM. S. Johans port in der Stadt Rom. } Hunc montem Tullius Hostilius urbi addidit, ibique ipse habitavit, quod frequentius habaretur, ut inquit Livius: in eo habitavit Ennius poëta. Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cælius, Orator acerrimo ingenio fuit, discipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintilianii elogium, longiore illum vita, & meliore morte dignum fuisse. Hic postea ab Atrario quodam accusatus, quod cum Catilina conspiisset in perniciem Reipubl. quodque aurum à Clodia Clodii sorore extorsisset, eique venenum propinasset, defensus est à Cicerone elegantissima illa Oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus. Alius fuit Cælius Pontius, Prætor urbanus, cui ius dicenti, quum pica capiti ejus insedisset, ab Aruspice responsum est, dimissa ave, hostium victoriam fore; occisa, Reipublicæ: eum tamen interitum, qui eam occidisset: intrepidè tamen avem occidit, unde non ita multò post cum quadrigata suæ familiæ hominibus est interfactus.

Cælla, vide *Cella*.

Cælo, as, Sculpo, incido. { *πηνος πιττάκη. γλυφω.* GALL. Graver, ou estoffer, ciseler. ITAL. Scolpire, intagliare. GERM. Aufgraben/ausstechen/ getrockte arbeit machen. HISP. Labrar de buril, ò finzlar. ANGL. To carve, graver or intayle. } Cic. 1. de Divin. Hanc speciem Praxilites cælavit argento, & noster expressit Archias versibus. Virgil.

Calataque in auro

Fortia facta virum.

A quo Cælata vasa dicuntur, quæ veteres Ancæsa vocabant, quod circuncidendo siant: & cælum, γλυφίσαις, ipsum instrumentum quo quidpiam cælatur. Plin. lib. 33. construxit hoc verbum instar eorum, quæ pretium signant. L. Crassus, inquit, orator duos scyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, festertiis centum: confessus est tamen, nunquam se his uti propter verecundiam ausum. Opus cælare, metaph. pro componere. Horat. 2. epist.

Carmina compono: hic elegas, mirabile visu,

Calatumque novem Musis opus.

Ubi Porphyrio, Cælatum, variatum, & quasi pictum.

Quem modò calatum stellis Delphina videbas.

Ovid. 2. Fast.

Nec clypeus vasti cælatus imagine Mundi.

Idem 13. Metamorph. Sic ducere opus, ut cælandum, non fabricandum sit.

Cælatur, Ars est cælandi, aut ipsa sculptura & incisio. { *πηνος πιττάκη. γλυφη.* GALL. Graveure ou estoffeure, mestier de graveur. ITAL. Intagliamento, l'arte di tal lavoro. GERM. Die Kunst des aufgrabs / aufstechens / oder bildwerck zumachen. HISP. Obra de finzelo, ò la arte de finzlar. ANGL. The art or graving or carving. } Plin. lib. 19. cap. 4. Superque pistrinum operibus, & cælaturis vive re. Idem lib. 35. c. 12. Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæque, & cælaturæ esse dixit. Cælatura rumpit tenuem laminam. Quintil.

Cælatur, oris, { *πηνος μεμπατέακη. γλυφη.* GALL. Graveur, ou estoffeur, sculpteur. ITAL. Scultore, intagliatore. GERM. Ein aufgraben / aufstecher. HISP. El que labra de finzel. ANGL. A graver, carver, or intayler. } Quint. lib. 2. cap. 4. Cælator cælum desiderat, & pictor penicilla. Argenti cælatores. Plin. lib. 34. c. 8. Cælamen, inis, idem quod cælatura, γλυφη. { ANGL. Engraving, entayling. } Ovid. 13. Metam.

neque enim clypei calamina novit

Oceanum, & terras, cumque alto sydera cælo.

Cælo, is, cum diphthongo, & gemino ll, scriptum, verbum antiquum, & quo solùm in compositis utimur: significat percusio, aut frango, τριβη, τριβη. Præteritum facit Ceculi, vel culsi, & supinum Culsum. Hinc sunt composita Percello, Procællo, & Recællo: Percello, idem est quod percusio, pulso: Frequenter ad animum transfertur. Terent. in Andr. Percusit illicè animum. Procællo idem est quod propello, vel evertio. Inde Procella: de quo suo loco dicemus. Item Recællo, idem quod reclino. Est & Cello, sine diphthongo scriptum, de quo vide infra.

Cætes, i, instrumentum ad sculpendum aptum. Quidam à cælo, alii à cællo deductum putant.

Cælos, Thraciæ portus, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Cælum, instrumentum, quo utuntur argentarii, dum vasæ sculptunt, aut sculptores, aut statuarii utuntur in lignis, aut lapideis simulachris scalpendis. { *υρηchereth. γλυφη. στατικη.* GALL. Burin, ou autre instrument à graver. ITAL. Scapello. GERM. Ein austecher / ein schröteysen / ein grabmeissel. HISP. Sinzel, ò buril. ANGL. A graving or carving instrument. } || Stat. lib. 4. Sylv. cap. 6.

laboriferi vivant qua marmora calc

Praxitelis. ||

Unde est illud,

Cælo fabricata Myronis.

Cælum, { *ποιησις schamajim. ἔργον.* GALL. Le ciel, les cieux. ITAL. & HISP. Cielo. GERM. Der himmel. ANGL. The heaven, the firmament. } Uno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ est supra elementum ignis, quam philosophi æthera appellant: ita dictum à cœlano, hoc est, occultando, quod inferiora omnia celet, & tegat: sive à stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cœlatae apparent. Ambrosius lib. Hexaëm. Cælum, quod impressa stellarum lumina habeat, quasi cælatum appellatur: sicut argenteum, quod signis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cælum, quasi *κλειστόν*, hoc est, cævum, dictum putat: & sic per se diphthongum scribendum videtur. Cic. pro Pomp. Pompeium omnes, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur. In cœlum ferre, vel tollere, est summis honoribus afficere, *ἴργιζεις.* Cic. ad Attic. lib. 3. Salaminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt. De cœlo detrahere, est de summo honoris gradu deturbare. Item 6. Philipp. Collagam de cœlo detraxisti. Cælum adorare. Suet. in Ner. cap. 49. Item cœlo receptus Romulus. Quintil. Videntur Terram, Cælum, Mare consequi. Plaut. Amph. Is odor dimissis pedibus in cœlum volat. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Libero cœlo se permittunt aves. Quintil. Philosophi decem cœlos esse dixerunt, quorum septem à planetis appellavere: octavum sydereum, seu stellatum: nonum vero quum nescirent cujus conditionis esset, vocaverunt cœlum aqueum, crystallinum, non à frigiditate, sed transparentia, quod per illud sidera apparent, & pellueant. Decimum locum sibi vendicat cœlum illud, quod ultimum philosophi putantes, Primum Mobile vocaverunt. Undecimum cœlum Beatorum sedes, ab Ethnici philosophis ignoratum, quod idcirco Theologi Empyreum vocaverunt, non quod calore, sed splendore & claritate cœteris antecellat. Sunt igitur undecim cœli, scilicet cœlum empyreum, primum mobile, cœlum crystallinum, cœlum stellatum, cœlum Saturni, cœlum Iovis, cœlum Martis, cœlum Solis, cœlum Veneris, cœlum Mercurii, & cœlum Lunæ. Hæc fusiū tractantur in lib. de Cœlo, ab Aristotele. Cic. 4. Tusc. Cœlum hoc in quo nubes, imbræ, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. De cœlo ici, est fulmine afflari. Cic. lib. 2. de Divin. Summanus de cœlo ictus. De cœlo tacta statua. Gellius cap. 5. lib. 4. De cœlo servare, est cœli statu observato, auspicio inde sumere. Auspicio enim non nisi sereno cœlo rata erant: contrà fulmine, aut pluvia turbabantur. Cic. in Vatinium, Quod eo die scires, de cœlo esse servatum. Idem Attic. lib. 2. Milo proscriptis se per omnes dies comitiales de cœlo servaturum. Plin. lib. 11. c. 37. cœlum capitum cranium videtur appellasse, eo quod caput totum eo tegatur, ut inferiora hæc cœlo: Hoc (inquit) est viscerum excelsissimum, proximumque cœlo capitum, sine carne, sine cruento, sine sordibus. Interdum Cœlum sumitur pro aere. Virg. 1. Aeneid.

maria ac terras, cœlumque profundum.

Idem Georg. 1.

& varium cœli predicere morem.

Ubi Servius, Cœli, id est, ætis, Lucret.

In hoc cœlo qui dicitur Aér.

Plin. lib. 2. Et hoc cœlum appellavere majores, quod alio nomine Aera. Hinc grandines sunt, & pruine, imbræ, procellæ, turbines ventorum. Cœlum pro vivorum regione, id est terra, sumitur etiam, ut in illo Virg. lib. 6. Aeneid.

Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manus:

Quia sicut Dii nobis, ita nos inferis superi habentur. Macrobius in somn. Scip. cap. 1. Cœlum *ἥρας*, antiquissimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine formosissimum supremum corpus Cœlum dicunt fuisse appellatum. A cœlo ad terram, *ὅτι οὐκέτι μήτε γῆς.* Proverbialis figura, perinde valens ac si dicas, quacunque de re ab extremo initio usque ad supremum finem. Plaut. in Persa. Neque cœlum, neque terram attingit, *Οὐδὲ γῆς, οὐδὲ οὐρανοῦ μήτε γῆς.* De re vehementer absurdâ, atque aliena, quæque nulla vicinitate pertinet ad id, de quo agitur. Lucian. in Pseudomante. Cœlum digito attingere, proverbiali hyperbole dicuntur, qui longè supera mortalium conditionem, ac Diis proximi esse videntur. Cic. ad Atticum lib. 2. In cœlo esse aliquem, proverbiali hyperbole dicimus, qui est supra modum fortunatus ac gloriosus. Idem ibid. In cœlum expulsi, *οὐκέτι μήτε γῆς:* id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris iis qui facile possint lacerare. In cœlum jacularis, *οὐδὲ μήτε γῆς μήτε γῆς.* Est apud Zenodotum & Suidam, de iis qui frustrâ laborant, aut qui audent eos lacerare, quos non possunt lacerare: nihil enim ferire potest, qui in cœlum sagittam totquet, nisi quod divos videtur petere. Cœlo ac terræ loqui, proverbii specie dicuntur, qui frustrâ vociferantur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum præfidiis, exclamare, *οὐδὲ γῆς, οὐδὲ γῆς!* Theognetus apud Atheneum. Mare cœlo miscere, proverbialis hyperbole, pro eo quod est, omnia perturbare, nihilque non facere. Tit. Livius, Quid est quod cœlo terram, terræ cœlum miscant? Lucianus in Dialogo Promethei & Mercurii. Cœlum territat: proverbialis hyperbole apud Virg.

& cœlum territat armis.

Convenit in minaces & feraces. Thrasonesque magniloquos. Toto cœlo errare, proverbium est, in eos qui vehementer aberrant: quod usurpat Macrobius. Saturn. lib. 3. Adhuc cœlum volvit, proverbium quo uti licebit, quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum

dum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse. Theocr. in Charit. Oūm̄ plūus īgūr̄ īgūr̄
⁊ s̄ sol̄ cīnāt̄s. i.

Nondum defessus provoluere desit aether
Menses atque annos.

Quod enim unus annus negat, alter ultrò defert. In masculino genere unus est Ennius, Quem cælus genuit. Idem, Cælus profundus. Author est Sosipater lib. 1.

Cælestis, e, Divus, divinus, è cælo proficiscens. { ἥπανθ. GALL.
Celeste, de l'air, du Ciel, divin. ITAL. Celeste. GERM. Himmel.
HISP. Celestial. ANGL. Heaventie. } Virg. 1. Æneid.

— tantane animis cælestibus ire?

Liv. 4. ab urbe, Siccitatem eo anno plurimum laboratum est: nec cælestes modò defuerunt aqua, sed terra quoque ingenito humore egens. Cælestes etiam substantivè dicimus pro cælicitibus, & diis superis. Cic. 6. Philipp. Quid est, quod de voluntate cælestium dubitate possimus? Idem 3. Offic. Hercules quem hominum fama beneficiorum memor in cælestium consilio collocavit. Cælestes aquæ. Ovid. 4. Fast. Cælestis vir in dicendo. Cicer. Cælestis vox Neronis. Suet. in Neron. cap. 21. Et cælesti ore. Velleius.

Cælestissimus, superlativus. Velleius Paterculus hist. 2. Cælestissimum ejus operum pro captu mediocritatis meæ adiutor fui.

Cælīcōlā, qui, vel quæ cælum habitat. { ἕρειον. GALL. Celeste, qui habite au Ciel. ITAL. Habitatore del Cielo. GERM. Einwohner des himmels. HISP. Morador del Cielo. ANGL. That dwelleth in heaven. Virgil. 1. Æneid.

— ubi califer Atlas

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Cælites, cælitum, Dij cælestes, qui cælum inhabitant. { ἕρειον. GALL. Celestes, habitans du Ciel. ITAL. Dei celesti. GERM. Die im himmel sind, dte himmelischen. HISP. Los dioses o sanctos del Cielo. ANGL. They which dwelleth in heaven. } Cælum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos Æthera, sive Æthereum mundum vocamus; hoc est, omne illud, quod est supra elementum ignis. Unde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cælestes numerabant. Cic. 2. Divin. Ego Deum genus esse semper dixi, & dicam cælitum. Idem in somn. Scipion. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisque reliqui cælites. ¶ Legitur & apud Ovid. 4. de Ponto, el. 6. singulare Cælite:

Quale tamen potui de talite. Brute, recenti

Vestra protul positus carmen in ora dedi.

Ubi vocat Augustum Cælitem.

Cælitus, adverb. Significat è cælo: sicut Divinitus, à Deo. ἔργον. { ANGL. Frome heaven. } Hieronymus, Tandem cælitus inspiratus præcisam mortu lingua in osculantisse faciem exspuit.

Cælus, ἔργον, cognomen indigenæ fuit, qui ex terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine, mira varietate formosissimum supremum corpus Cælum dicunt fuisse appellatum.

Cæmentum, { ἔργον chomer. χάλιξ. GALL. Moilon, blocaille. ITAL. Pietre & simile materia da murare. GERM. Allerley vngewerkte steyn zu dem mauren. HISP. Cimiento o pared de piedra manuesta. ANGL. Morter, parget, rubbisch. } à Cædo, ut quidam putant. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, à qua ædificia construuntur: quæs sunt tudes lapides nulla arte ad ædificium accommodati, aut politi, sed quales inveniantur temere congesti. Fodinas quoque rustici Campanæ Cæmentarias appellant. Livius 1. bell. Pun. Nec erat difficile murum subruere, quod cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colum. lib. 9. Sub porticibus quadratae aræ cæmentis, vel etiam laterculis exstruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere, i. ædificio, quod strueto lapide erigitur. Plin. lib. 2. cap. 22. Et reliquis pallidus in cæmeno raro utilis: Globosus contra injurias fortis, ad structuram tamen infidelis est. ¶ Interpres utitur in Biblio pro calce aqua fabuloque fermentata. Habuerunt lateres pro faxis, & bitumen pro cæmento. Cæmenta, x. Ean. apud Non.

Cæmentarii, { χαλικόδομοι. GALL. Massons. ANGL. Rhonge masons. } Dicuntur Cæmentorum, hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murorum, seu murarios appellant. Cæmentitus, a, um, quod ex cæmento est. { χαλικης. GALL. Faï de moilon, massomerie. ITAL. Faïto di rotame di calce. GERM. Von allerley zusamen gelässnen steinen gemacht. HISP. Cosa edificata de tal manera. ANGL. Made or morter or parget. } ut, Paticies cæmentiti. Vitruv. lib. 2. cap. 8. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parieribus cæmentitiis altitudines exstructæ.

Cænargia, καναργία, regio quædam. Vide infra in Thyrea.

Cænē, κανή Ptolemy, sinus Laconici oppidum, non procul à Tanaro promontorio. ¶ Hinc Cænites portus, apud Plin. lib. 4. cap. 5. & Cæneus Jupiter dictus est. Ovid.

Victor ab Oechalia Cæneus sacra parabat

Vota Iovi.

¶ Cæne item parva quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite, ut à Plinio scribitur lib. 3. c. 8. Cænēum, κανή, promontorium est Eubœæ ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Cæneus, Elati filius, à prima ætate puella fuit formâ venustissima, adeò ut Neptunus illius formâ tactus, cum ea concubuerit: in mercedem autem concubitus petiit illa, ut in vitum mutaretur, & esset invulnerabilis: quod factum est. ¶ Unde jocus factus proverbio, invulnerabilis es, ut Cæneus, ἔργατο οὐδέποτε οὐδεὶς, de iis qui lædi non possunt. Cæterum quum postea Cæneus superbia elatus, contemptis diis juberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam jurare, Jupiter illius superbiam ultus est. Nam pugnans cum Centauris, quum fecero violari non posset, tau-

ta arborum mole oppressus est, ut vivus sub terram detruderetur, atque hoc modo interiit. Post mortem autem in avem mutatum dicit Ovid. lib. 12. Metam.

— salve

Maxime vir quondam, sed avis nunc unica Cæneus.
Virg. verò lib. 6. Æneid. post mortem in veterem sexum rediisse dicit.

It comes & juvénis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato revoluta figuram.

¶ Fuit & alius Cæneus philosophus, cuius mentio est apud Laetitium & Aristotelem in Organo.

Cænica, Thraciæ regio, Plin. authore lib. 4. cap. 11.

Cænina, à Plinio inter Latij oppida nominatur lib. 3. cap. 5. Hinc Cæninenses populi à Romulo vieti, ut est videre apud Liv. lib. 1. ab. Urbe.

Cænis (ut fabulatur Ovid. lib. 12. Metam.) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneric loco impetravit, ut in virtute transformareretur, nullisque unquam vulneribus posset sauciari. Mutato itaque sexu etiam nomen mutavit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere laxi posset, congesta arborum mole obrutus est, & in Cænidem avem transformatus.

Cænitæ, Achææ portus fuit, non procul à Saronico sinu, querno nemore exornatus. Plin. lib. 4. cap. 6.

Cænys, κανύς, Italiæ promontorium est, quod adversum habet Pelorum in Sicilia, XII. stadiorum interuerso. Autò Plin. lib. 3. cap. 6.

Cæpē, indeclinabile, à capitib magnitudine dicitur: unde & prima vocalis diphthongum accepit. { בָּצָא batzâ. κρόμμων. GALL. Oignon. ITAL. Cipolla. GERM. Zwibbel. HISP. Cebolla. ANGL. Anonyon. } Plin. lib. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis separatim semen cæpē causa seritur, separatim cæpē seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpæ. Ovid. 4. Fast.

Cadenda est hortis eruta cæpa meis.

¶ Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Judææ. Nam, vt refert Strab. lib. 16. Ascalonium regio præcipue fert Cæpas, Columella, Pompeiam, vel Ascaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, unde à Græcis nomen impositum κρόμμων, quasi pupillam oculi compimenti cogere, sicut scribit Aristoteles in Problematibus. Unde Lacrymosa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere, aut olfacere, κρόμμων ιδίας, dicebantur joco proverbiali, qui lacrymari viderentur. Ductum est hinc proverbium, quod cæparum odor, vt est acris, confuerit lachrymas oculis excutere. ¶ Quis usus cæpe putridi? Us zεῖα πυρομόρφη κρόμμων? de rebus, aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nusquam est usus. Etenim quum cæpe sit herba per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abjectius.

Cæpula, diminutivum à Cæpa. { ANGL. A little onion. } Pallad. Hoc mensie cæpulas seris.

Cæpitius, a, um, { ANGL. Of onions. } & Cæpitium substantivum, secundum Priscianum, pro eo quod est ex genere cæparum.

Cæpetuin, { κρόμμων. ANGL. An onion bed. } Gell. lib. 20. cap. 7.

Cæpetum revirecit, & congerminat decadente luna. Quo loco legitur & cæpium, id est, teste Prisciano, cæpe.

Cæpinæ, est locus cæpis consitus, vel ipsarum cæpatum uno in loco constitutum multitudi do. { ο κρόμμων, κρόμμων τηνθε. GALL. Le lieu où croissent les oignons, oignonnerie, cives, civots, oignons. ITAL. Luogo seminato de cipolle. GERM. Ein zwibbelgarten/ ein auf der wüste zwibbel stehn. HISP. Cebollino, o simiente de cebollas. ANGL. A place planted with onions, a bed of onions. } Colum. lib. 11. cap. 3. Cæpina magis frequenter subactam postulat terram, quam altius conversam. Et paulò post: Sed Cæpina, vel sæpius, certe non minus debet quam quater sartiri.

Cæpori, Hispanæ citerioris populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 20.

Cæpus, facie Satyro similis, cætera inter canem & ursum: nascitur in Æthiopia. Strab. lib. 17.

Cæra, & cæsus derivata, vide Cera. ¶ Malè enim quidam per æ scribunt, quum nec origo, quæ est Græca; nec libri veteres id sancdeant. Vide Manutij Orthographion.

Cærē, καρη, aut καρη, Steph. neutro genere, & indeclinabile. Urbis insignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis torius caput fuit. Hinc quondam Agyllam nominatam, & à Pelafigis è Thessalia profectis conditam ferunt. Deinde verò Lydis, quos postea Thyrhenos nominaverunt, adversus Agyllinos bellum gerentibus, quum quidam murum subiens, urbis ejus nomen percontatus fuisset, cissque à Thessallo quodam de muro καρη responsum esset, eo veluti omne à Thuscis accepto, captam postea urbem, mutato priori nomine, Cære vocavere. Verù tam splendidæ, tamque gloriose civitatis, Strab. lib. 5. asserit, vix illa sua ætate extitisse vestigia: & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuisse celebratam. Festus. Cæremiarum causam aliqui ab oppido Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, itis. Virgil.

Est ingens gelidum lucus propè Cæritis amnum.

¶ Legitur & ablativus Cærete, tanquam à nominativo Cæres, etis. Virg. 10. Æneid.

Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.

Quamquam non desunt, qui Cærete ibi adjectivum esse contendant. ¶ Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatae sunt, in quæ Censores referri jubebant, quos notæ causa, suffragij & reliquo ciuitatis jure privabant, præterquam quod ut cives tributum conferre cogebantur. Nam urbe à Gallis capta, quum Cæretani eos, qui unâ cum sacrâ æternoque Vestâ igne ad se profugerant, comitem hospitio suscepissent, Romani deinde restituta in statum meliorem urbe, satis malignam illis gratiam retulerunt: nam ciuitate quidem eos donaverunt, suffragij autem jus eis non concesserunt. Vide Gell. cap. 13. lib. 16. Hinc factum est, ut quum aliquem ignoratio & contumelia dignum volumus significare, Cærite cera, cum dignum esse dicamus.

Cæremiarum, & cæmonia, x. { γῆραπον εθνοκοσθ. γερενία, τελιν. GALL.

GALL. Ceremonies. **ITAL.** Ceremonie. **GERM.** Aßterley heilige breuch/Archengepräng. **HISP.** Las ceremonias. **ANGL.** Ceremonies, rites. } vel ab oppido Cære, vel à carendo dicta sunt. Legendus Gell. c. 9. lib. 4. Nam Urbe à Gallis capta, quum Vestales virgines simulachra deorum ex hostibus erpta traducerent, in oppidū Cære potissimum convenere, ubi benignè fuerunt hospitio suscepctæ, donec à Gallis civitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præstiterant, ut omnis divinus cultus Cæremoniæ, à Cære diceretur. Livius lib. 5. scribit, L. Albinum de plebe virum, virgines, Sacerdotes, sacrâque plaustro Cære pervexisse: unde Cæremoniis sit enatum nomen. **MACROB.** lib. 2. cap. 3. innuit Cæremoniæ à carendo dictas. Servius Sulpitius (inquit) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota & seposita à nobis sit: quasi à relinquentia dicta, ut à carendo Cæremonia. **CÆSAR** 7. bell. **GALL.** Quod more eorum gravissima cæremonia continetur. Cæremoniæ legationis, quasi sanctitatem & religionem, Cicer. metaphorice dixit, de mandati judicio, pro Roscio Amer. Qui non negligenter privatum aliquod eommódum læserit, sed perfidia, legationis ipsius cæremoniæ polluerit, maculâque affecerit. Bud.

Cætere, vide Cære.

Cæretum, Umbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur, totum orbem vano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quam causam ferè continuè peregrinantur, familia atque uxoribus domi relictis.

|| Cærites tabulæ, vel potius Cæritum seu Cæretanorum tabulæ, pro parum honorifica conditione dicuntur. ||

CÆRÜLÈVS, a, um, quod cæli puri, & nubibus vacui colorem imitatur: quasi cæluleus. { xván. GALL. De couleur bleue, comme le Ciel. ITAL. Color verdone, ò d'azurro. GERM. Himmelblau. HISP. Color verde ò azul oscuro. ANGL. Skies couloured, or biero like azure. } Unde & mare, quod à cælo colore suum accepit, propriæ Cæruleum dicimus. Virgil. 12. Æneid.

Fontesque, fluviosque voce queque aetheris alti
Relligio, & qua caruleo sunt numina ponto.

Sic etiam Cic. lib. 1. de nat. deor. Neptuni oculos dixit esse cæruleos, ad matis nimirum colorem respiciens. Cæluleus, ut Græcæ οὐρανός, quoque pro nigro. Virg. Æneid.

— Cælulea subnecat corpore cymba, i. alta & nigra:

Idem,

Olli Cæluleus supra caput astitit imber.

Iámque ubi cæruleum variabunt sidera calum,

Ovid. 3. Faſt. Cæluleus aquis. Idem. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Cæruleatus, cæruleo colore infectus. Velleius Patet. hist. 2. de Glauco Deo marino, Cùm cæruleatus, & nudus, caputque redimitus atundine & caudam trahens, genibus innixus Glaucom salutasset in con-vivio.

Cærulus, a, um, quod cærulei coloris est per se suaque natura, γαλαξίης. { ANGL. which is skie coloured by nature. } Catullus,
Carula verrentes abiugnis aquora palmis.

& apud Virg. lib. 10. Æneid. Freta cærlula. Interest igitur inter cærulum, & cæruleum, quod Cærulus, naturæ color est: Cæruleus naturam fingit & imitatur. Cornelius Fronto lib. de diff. vocab. Pro nato cærlula ambitiosa suo (i. Thetis.) Ovid. 13. Metam.

Cærulum, substancivum, seu potius in plurali numero Cærlula, pro mari frequentissime accipitur apud Poëtas. Virg. 3. Æneid.
Adnixi torquent spumas, & carula verrunt.

Cærulum, arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur pictorum usui: cujus tria sunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.

Cæruleus, Bestia marina. Lege Cærlcus.

